Sermo graecus quo senatus populusque Romanus magistratusq...

Paul Viereck

SERMO GRAECUS

QUO

SENATUS POPULUSQUE ROMANUS
MAGISTRATUSQUE POPULI ROMANI

USQUE

AD TIBERII CAESARIS AETATEM IN SCRIPTIS PUBLICIS USI SUNT

EXAMINATUR.

COMMENTATIO PHILOLOGICA
DE SENTENTIA AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
DIE VIII. M. JUNII A. MDCCCLXXXVII
PRAEMIO REGIO ORNATA

QUAM SCRIPSIT

PAULUS VIERECK
DR. PHIL.

GOTTINGAE.
APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.
MDCCCLXXXVIII.

HERMANNO SAUPPE

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

PIETATIS ERGO.

Dissertationem meam publici iuris facere non possum, quin Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff praeceptori summe venerando, quippe cuius auspiciis hic libellus conscriptus sit, maximas gratias agam: quam multa vir ille doctissimus mihi suppeditaverit, quantum me adiuverit, clarius quam ipse pronuntiare possum omnes huius dissertationis clamant plagulae; eiusdem benevolentia factum est, ut Henricus Kaibel cum eximia liberalitate tituli XVII collationem curandam susciperet, ut Theodorus Mommsen praeter alia animum meum adverteret ad titulum XXIX: quibus viris illustrissimis hoc loco gratias refero summas.

Neque minorem gratiam habeo Christiano Augusto Volquardsen praeceptori excellentissimo, qui ea, quae de temporibus decretorum apud Flavium Iosephum servatorum disputavi, benigne et comiter examinaverit, non minorem denique Conrado Cichorio doctori humanissimo Lipsiensi, qui priusquam libellus eius 'Rom und Mytilene' in lucem prodiret, singulis plagulis liberalissime missis in notitiam meam pertulerit titulos XXX, XXXI, XXXII.

Scripsi Gottingae die XV. m. Iul. MDCCCLXXXVIII.

Addenda et Corrigenda.

p. 10 ad tit. IX: Mommsen Röm. Staatsr. II^{3} p. 959 rectius quam Röm. Gesch. V p. 324 sqq. de causa Eubuli et Thrypherae iudicat: non Eubulum et Thrypheram, sed Cnidiorum magistratus Augustum adiisse neque de provocatione cogitandum esse. Ceterum quae l. c. scripsi, non de provinciis senatoriis, sed de civitatibus liberis imperii Romani intellegenda sunt.

p. 11 ad tit. X: Mommsen Röm. Staatsr. III p. 951 titulum tribuit a. $^{568}/_{186}$, quo anno L. Postumius consul fuit. Sed cum Graeci plerique, qui ab Antiochi partibus steterant, iam a. $^{563}/_{191}$ et Aetoli a. $^{565}/_{189}$ pacem cum Romanis fecerint, Delphos demum a. $^{568}/_{186}$ a senatu Romanorum ut res ipsorum ordinaret petivisse credere non possum. Immo verisimillimum est etiam Delphos, ubi primum imperio et auctoritate hostium Romanorum maxime Aetolorum (cf. Liv. XXXVI 11, 6) liberati sunt, quod certe iam extremo a. $^{564}/_{190}$ factum esse nemo non concedat, legatis Romam missis hoc senatusconsultum impetravisse.

p. 40 ad tit. XIX (cf. p. 5 ad tit. V): Waddington cum tit. XIX a. $^{698}/_{56}$ tribueret, vereor ne erraverit. Nam cum ex tit. XXX cognoverimus P. Sestium L. f. quendam etiam a. $^{715}/_{39}$ in senatu fuisse, nihil iam impedit, ne tit. XIX multo post a. $^{698}/_{56}$ conscriptum putemus. Atque re vera rem ita se habere mihi his rebus videtur comprobari: primum in tit. XIX et XX redire videntur iidem testes P. Sestius L. f. et C. Hedius C. f. Claud. Thorus. Deinde ex reliquiis tit. XIX intellegimus complura decreta ex actis publicis descripta Aphrodisiensibus missa esse. Talem autem decretorum collectionem compertum habemus ab Antonio re vera Aphrodisiensibus missam esse inter a. $^{715}/_{39}$—$^{719}/_{35}$ (cf. tit. V 21 sqq. *παρεκάλεσεν εἰς τὸ τοῦ γεγονότος ὑμεῖν ἐπικρίματος καὶ δόγματος καὶ ὁρκίου καὶ νόμου ἀντιπεφωνημένα ἐκ τῶν δημοσίων δέλτων ἐξαποστεῖλαι τὰ ἀντίγραφα*). Tum videtur alter tituli XIX consul cognomine caruisse — nam si XXII 2 cognomen ante patris nomen additum est (*Γαΐου Κοιλίου Κάλδου Γαΐου υἱοῦ*), hoc a vulgari consuetudine discedit —, ita ut vix cum Waddingtonio L. Marcium L. f. Philippum in tit. XIX nominatum fuisse existimandum sit. Nunc autem re vera solus huius aetatis consul, quem Lucium quendam patrem habuisse et cognomine caruisse scimus, est L. Cornificius L. f. cos. a. $^{719}/_{35}$ — Cn. Nerii consulis suffecti a. $^{718}/_{36}$ patrem non novimus, de L. Arruntio L. f. cos. a. $^{732}/_{22}$ aut a. $^{759}/_{6}$ vel idcirco non cogitaverim, quia Augusti aetate simplex senatusconsultum satis erat ad confirmanda Aphrodisiensium privilegia —, quo anno nihil obstat, ne Antonium acta illa Aphrodisiensibus misisse putemus. Quae cum ita sint, tit. V A et XIX a. $^{719}/_{35}$ cos. S. Pompeio S. f. L. Cornificio L. f. conscripti videntur, quod etiam inde confirmatur, quod litterarum formae tit. V et XIX, quae exstant apud Lebasium et in C. I. G., eaedem sunt, nisi quod Φ paululum in utroque differt, qua tamen re id quod explicavi in dubitationem vocari posse nemo contendat. Restat, ut addam non licere, quod feci, L. Nonii L. f. Vel. Asprenatis nomen ex tit. XX in tit. XIX transferre, cum propter testium ordinem iidem esse non possint.

p. 46 ad tit. XXIII: C. Cichorius lapidem iterum contulit nonnullaque accuratius quam

Fabricius descripsit (cf. Rom und Mytilene p. 15 eqs.). *Col. A. v. 1* scribendum est *Κλουσι[ουμίνα]*; *v. 2* cum I certum sit, scr. *[Παπ]ιρία.* Varro ille re vera videtur esse M. Terentius Varro Reatinus. Nam erravi, cum dicerem eum tribui Quirinae fuisse adscriptum. Varronem Reatinum praedium habuisse etiam in agro Tusculano, qui situs erat in tribu Papiria (cf. Liv. VIII 37, 12), apparet e Cic. ad fam. IX 1, 2; *v. 3* in ea parte, quae periit, nomen tertii testis adlatum fuisse iniuria Cichorius negat. Sed finis huius versus litteris vacuus est; *v. 6* pro *μων*, quod Fabricius descripsit, in lapide est *ιων*: scribendum igitur, quod iam suspicatus eram, *[τῶν δημοσ]ίων πραγμάτων*; *v. 7* inter *αι* et *λοιπον* nihil excidit: *[τὸ]* igitur delendum est, *αι* autem videtur esse terminatio infinitivi alicuius; *v. 14* cum praescripta foederis incipiant, sine dubio scribendum est *[Μάρκου υἱ]οῦ*, non, ut Cichorius proposuit, *[Δεκίμ]ου Σιλανοῦ*, cuius consulis nomen idem iniuria in v. 5 et 9 intulit (cf. quae adnotavi ad tit. XXIII 9 et XXX p. 52). *Col. B v. 15* Cichorius cum legeret ΑΙΧΙ, *ἀρχή[ν]* in dubitationem vocare conatus est. Sed *ἀρχήν* defenditur Pol. XXI 32, 2; *v. 17* *τούς* eodem modo quo v. 15. 21. 26 prominet, unde apparet ab hoc verbo novum caput incipere; *v. 18* Cichorius supplevit *δημοσ[ίαι ἐξουσίαι]*, sed malim *δημο[σίαι βουλῆι]*. Subiectum huius enuntiati auditur *ὁ δῆμος ὁ Μυτιληναίων* (v. 15). Supplementa Cichorii ea de causa probari non possunt, quia *ὥς τε* pro *ἐάν τε* positum esse eum fugit; *v. 27* post *Ῥωμαίων* Cichorius litterarum fragmenta legit, quae recte supplevit ad *ἢ τοῖς συμμάχοις τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων]*, nisi quod malim *συ[μμάχοις αὐτῶν]*.

p. 54 ad tit. XXXII: Litterarum formae tit. XXX et XXXII eaedem sunt, ita ut nihil iam obstet, ne XXXII 1—4 finem epistulae Caesaris, quae incipit inde a XXX 13, esse sumamus. Cichorius Mitth. d. deutsch. arch. Instit. z. Athen XIII p. 64, ubi sub n. 15 tit. XXXII iterum edidit, sub n. 14 aliud, ut videtur, epistulae fragmentum eiusdem temporis descripsit, quod tamen quo pertineat dici non potest.

p. 60 adnot. 1: Etiam in tit. Boeotiae Bull. de corr. hellén. XII p. 309 v. 2, p. 311 v. 52. 78 eqs. articulus deest.

Errata.

p. 1 praescr. tit. I scribo Hicks *190*; ibid. tit. I 17 *δίκαιον* pro *δίκαιοντα*; p. 5 praescr. tit. V scr. Chish. Ant. Asiat. *1728 p. 150 eqs.*; p. 8 adn. ad tit. VI scr. Leb. et Wadd. *442—43*; ibid. adn. ad tit. VII 7 litterae typis accurate non expressae sunt; p. 9 adn. ad tit. VIII 11 scr. C. I. G. *II* 3548; p. 17 adn. ad tit. XII scr. C. Hostilius cos. a. $^{617}/_{137}$ pro $^{637}/_{117}$; p. 21 praescr. tit. XIV scr. C. I. G. II *2905*; p. 24 praescr. tit. XVI scr. Bull. de corr. hell. IX p. *437* eqs.; p. 29 adn. ad v. 78 scr. Ios. Ant. Iud. *XII 10, 6*; p. 49 adn. ad tit. XXVII scr. $^{698}/_{56}$ pro $^{698}/_{54}$, $^{690}/_{64}$ pro $^{691}/_{63}$, $^{689}/_{65}$ pro $^{690}/_{64}$; p. 51 praescr. tit. XXX scr. Cich. R. u. M. p. *9* eqs.; p. 55 v. 15 scr. *illic* pro illuc; p. 59 v. 1 scr. *sollemni* pro sollemnes; p. 61 v. 19 scr. *ὅ, τι* pro *ὅτι*; ibid. adnot. 1 scr. p. *66;* p. 63 adn. 3 scr. Xen. Anab. *I 1, 9*; p. 64 adnot. 1 scr. Mitth. etc. *VII* p. 71; p. 74 v. 33 scr. *Eleasari* pro Eleagari; p. 104 adn. 3 scr. de Aphrodisiens. (tit. XIX) a. $^{718}/_{36}$ pro $^{712}/_{42}$.

Conspectus libelli.

b

Introductio.

Sermo graecus quo senatus populusque Romanus magistratusque populi Romani usque ad Tiberii Caesaris aetatem in scriptis publicis usi sint, cum mihi examinandus sit, breviter explicabo, quibuscum populis agentes Romani illo sermone usi sint. Ac primum quidem id in commercio cum Graecis esse factum certis argumentis comprobatur. Nam senatusconsulta et foedera in lapidibus dialecto communi Graecorum conscripta reperta sunt per totam Graeciam et eam partem Asiae dispersa, quam Graeci incolebant. Quae omnia ex una eademque officina profecta esse intellegitur ex aequabilitate formularum. Illam autem officinam non fuisse Graecorum inde apparet, quod non paucae ex illis formulis et multa alia plane abhorrent a sermone graeco. Vel ex iis igitur, quae attuli, cognoscimus illa senatusconsulta et foedera esse Romae a Romanis publice in sermonem graecum translata. Quod etiam alia re confirmatur. Livius[1] enim tradit in ipso senatu, si cum Graecis ageretur, magistratus Romanos, quae senatui visa essent, et latine et graece pronuntiavisse. Quantum vero ex titulis repertis colligere possumus, Graeci usque ad Caesarum aetatem sola decreta graece scripta lapidibus mandare solebant[2], cum apud Iudaeos, ut infra videbimus, iam C. Iulii Caesaris temporibus exemplaria et graeca et latina publice posita sint, quod posteriore aetate etiam in Graecia factum esse constat. Paulo aliter res se habet in epistulis magistratuum populi Romani. Eae enim omnino non translatae sunt ex sermone latino. Sed eas ipsas quoque a Romanis esse scriptas inde elucet, quod plerumque et parum graece et nimis latine compositae sunt. Praeter

1 Liv. XLV 29, 3: 'Paulus latine quae senatui, quae sibi ex consilii sententia visa essent, pronuntiavit; ea Cn. Octavius praetor . . . . interpretata sermone graeco referebat'; cf. etiam de Acilio senatore interprete Polybium apud Gell. N. A. VI (VII) 14, 9. Quin etiam inde a Sullana aetate Graecos sine interprete in senatu Romano graece locutos esse constat, cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 960.

2 cui sententiae non obstat senatusconsultum de Asclepiade Polystrato Menisco factum, cuius exemplar latinum et graecum in Capitolio urbis Romae repertum est, cum ii ipsi, ad quorum honorem factum est, id ibi ponendum curaverint.

titulos autem commemoranda sunt ea scripta Romanorum publica, quae apud scriptores exstant: quae unde fluxerint, num ad verba ab illis reddita sint, suo loco explicabitur.

Deinde breviter exponam, quomodo res re habuerit in Aegypto, Syria, Macedonia. Etiamsi enim ex ea aetate, de qua agitur, nulla certa testimonia habemus, tamen facile res diiudicari poterit. Neque enim quisquam ignorat sermonem publicum in illis regnis fuisse graecum atque decretorum a regibus Aegypti et Syriae Macedoniaeque graecis litteris conscriptorum haud pauca supersunt. Quin etiam in Aegypto aetatem tulerunt duo decreta a Romanorum magistratibus graece scripta alterum (C. I. G. III 4956) anni $^{802}/_{49}$, alterum (C. I. G. III 4957) anni $^{821}/_{68}$. Quae cum ita sint, etiamsi ea, quae Polybius de commercio et foederibus Romanorum cum Antiocho (XXI 13 eqs. 45, XVIII 47) et cum Philippo (XVIII 1—12) factis tradit, certo documento esse non possunt, quia foederum cum illis regibus, ut infra demonstrabitur, genuina verba non servavit, sed suo ipsius sermone reddidit, tamen dubitari nequit, quin Romani, quando cum illis agebant, sermone graeco usi sint.

Transeamus igitur ad Iudaeorum et Phoenicum gentes. Nihil certi nobis a scriptore libri II Maccabaeorum aut a Iosepho traditum est, quo sermone foedera saeculo II a. Chr. inter Romanos et Iudaeos icta et Hierosolymis posita conscripta fuerint. At decreta Caesaris aetate de Iudaeis facta Hierosolymis graece et latine posita esse Iosephus testatur. Adfert enim litteras a Caesare et Antonio ad Sidonios Tyriosque missas (Ant. Iud. XIV 10, 2; 12, 5, cf. etiam 10, 3), ex quibus id facile colligere possumus. Nam si Caesar et Antonius, ut illae epistulae docent, Sidonios Tyriosque decreta de Iudaeis facta *γράμμασι Ῥωμαικοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς* in publico ponere iubebant, pro certo habere possumus idem etiam in Iudaea esse factum. Cum igitur saec. I a. Chr. Romanorum decreta Hierosolymis graecis litteris posita sint, non est, cur non idem Maccabaeorum aetate factum esse putemus, qua aetate Romani iam diu ad agendum cum ceteris populis orientis graeco sermone utebantur et illum sermonem etiam inter Iudaeos pervulgatum fuisse nemo nescit. Ex tota autem Iudaea non habemus nisi unum titulum graecum[1], ut videtur, a Romanis scriptum, quem iam Iosephus (Ant. Iud. XV 11, 5; bell. Iud. V 5, 2, VII 2, 4) et Philo (II 577. 591 ed. Mangey) commemorant, qui titulus si non Herodis Magni, at certe prima imperatorum Romanorum aetate ad templum positus est. Exemplar vero huius inscriptionis latinum, quod exstitisse Iosephus et Philo auctores sunt, adhuc nondum contigit, ut reperiretur. Videmus igitur ex reliquiis actorum publicorum, quae pertinent ad Romanorum et orientis gentium commercium, per omnes terras, in quibus inde ab Alexandri Magni aetate Graecorum litterae et artes, Graecorum mores, Graecorum sermo florebant, sermonem publicum, quo usae hae gentes et inter se et cum Romanis agebant, fuisse graecum. Atque ut cum Iudaeis et Phoenicibus, ita cum minoribus gentibus Asiae barbaricis

---

1 edid. titulum Clermont-Ganneau Rev. archéol. XXIII 1872 p. 214 et 280 eqs., cf. Mommsen Röm. Gesch. V p. 513 adn. 1. Verba tituli sunt haec: *Μηθένα ἀλλογενῆ εἰσπο|ρεύεσθαι ἐντὸς τοῦ πε|ρὶ τὸ ἱερὸν τρυφάκτου καὶ | περιβόλου· ὃς δ᾽ ἂν λη|φθῇ ἑαυτῶι αἴτιος ἔσ|ται διὰ τὸ ἐξακολου|θεῖν θάνατον.*

a Romanis semper graece actum esse exempla luculentissima sunt monumenta quae vocantur Ancyranum et Apolloniense, quae Galli graece et latine templis divi Augusti incidenda curaverunt.

Iam nos vertamus ab ortu ad occasum solis. Polybius igitur (III 22—25) memoriae tradit tria foedera a Romanis cum Carthaginiensibus saec. VI—III a. Chr. facta, quorum exemplaria latina se ipse transtulisse dicit. Atque etiamsi illis temporibus nemo cogitet Carthaginienses agendi causa cum Romanis usos esse sermone graeco, tamen Hamilcaris et Hannibalis aetate nescio an aliter res se habuerit. Nam illis temporibus cum sermo graecus etiam Carthagine floreret, verisimile est Romanos et Carthaginienses eo sermone usos esse, qui cum utrisque notus esset, ad commercium inter illos populos maxime erat idoneus. Quod denique reliquam Africam, Hispaniam, Galliam, Sardiniam Corsicam, quippe quarum condicio plane alia fuerit atque terrarum et gentium, de quibus iam egi, quod has attinet, quantum ex scriptis publicis Romanorum ibi servatis concludere possumus, semper Romani ad sua decreta publice facienda usi sunt sermone latino.

Quoniam igitur, quae et ubi sint reliquiae actorum publicorum a Romanis graece scriptorum breviter attigimus, iam accedamus ad ipsam quam nobis proposuimus rem. Atque hoc ordine res tractabo: primum qui fundamentum totius quaestionis efficiunt, titulos commentario instructos ita describam, ut primum locum teneant epistulae, alterum senatusconsulta, tertium foedera. Senatusconsultis autem plerisque et foederibus, cum ad verbum ex sermone latino translata sint, versiones latinas addam. Deinde ipsam de sermone instituam quaestionem eiusque finem faciam in iudicio de rerum gestarum divi Augusti versione graeca. In tertia denique parte de eis actis publicis agam, quae leguntur apud scriptores.

Notae et compendia, quibus usus sum, cum explicatione non egeant, breviter commemorabo me in titulis describendis usum esse uncis his:

quadratis [ ] circumdedi litteras, quae perierunt et quae mutandae erant,
obliquis < >, quae perperam videbantur additae esse,
rotundis ( ), quae in lapide non exstant neque unquam scriptae fuerunt.

Commentarii numeri versus titulorum reddunt.

Pars I.

A. Epistulae magistratuum Romanorum.

I.

In loco Cyretiarum antiquae urbis Thessaliae Leake titulum invenit ediditque Journal classical XIV p. 339 sqq., ex eiusdem schedis Visconti Journal des savants Sept. 1816 p. 21 sqq., Boeckh C.I.G. I 1770, Lebas Voyage archéol. Inscr. II 1303. Repetiverunt E. L. Hicks A manual of greek hist. inscr. 195, Dittenberger Syll. inscr. Graec. 202.

Τίτος Κοίνκτιος στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων Κυρετιέων | τοῖς ταγοῖς καὶ τῆι πόλει χαίρειν. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσιν | φανερὰν πεποιήκαμεν τήν τε ἰδίαν καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων | προαίρεσιν, ἣν ἔχομεν εἰς ὑμᾶς, ὁλο[σχε]ρῶς βεβουλήμεθα καὶ ‖ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδεῖξαι κατὰ πᾶν μέρος προεστηκότες | τοῦ ἐνδόξου, ἵνα μηδ' ἐν τούτοις ἔχωσιν ἡμᾶς κατα|λαλεῖν οἱ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου εἰωθότες ἀνα|στρέφεσθαι· ὅσαι γάρ ποτε ἀπολείπονται κτήσεις | ἔγγειοι καὶ οἰκίαι τῶν καθηκουσῶν εἰς τὸ δημόσιον ‖ τὸ Ῥωμαίων, |πάσας δίδομεν τῆι ὑμετέραι πόλει, | ὅπως καὶ ἐν τούτοις μάθητε τὴν καλοκαγαθίαν ἡμῶν | καὶ ὅτι τελέως ἐν οὐθενὶ φιλαργυρῆσ[αι] βεβουλήμεθ[α], | περὶ πλείστου ποιούμενοι χάριτα καὶ φιλοδοξίαν· ὅσοι μέν|τοι μὴ κεκομισμένοι εἰσὶν τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτοῖς, ‖ ἐὰν ὑμᾶς διδάξωσιν καὶ φαίνωνται εὐγνώμονα λέ|γοντες, στοχαζομένων ὑμῶν ἐκ τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμ|μένων ἐγκρίσεων κρίνω δίκαιον εἶναι ἀποκαθίστασ|θαι αὐτοῖς . ἔρρωσθε.

T. Quinctius Flamininus cos. a. $^{556}/_{198}$ epistulam scripsit aut a. $^{558}/_{196}$, cum Athenis hibernaret, aut a. $^{560}/_{194}$ cum per totum hiemis tempus Elateae versaretur (Liv. XXXIV 48, 2). Cyretiae enim a. $^{554}/_{200}$ ab Aetolis Romanorum sociis vi captae foedeque direptae erant, quia multi illius oppidi incolae a Philippi partibus stetisse videntur, quorum bona postea a Romanis publicata sunt. Quinctius vero bello ab Antiocho imminente cum lenius erga Graecos agere coepisset (Liv. XXXIII 27, 6), etiam civitati Cyretiarum ea bona, quae nondum aut venditione aut donatione alienata erant, donavit simulque mandavit, ut si cui civi iuris aliquid esset in bonis publicatis, ei illa redderentur, ut se ipse iam nonnulla reddidisse dicit.

4 ὁλο[σχε]ρῶς suppl. Boeckh, Leake ὁλο[κλη]ρως.

II.

Titulum inter rudera templi Bacchi in insula Teo repertum edid. Chishull Antiq. asiat. p. 102, Boeckh C.I.G. II 3045, Lebas et Waddington Voyage archéol. III 60, Ditt. Syll. 204.

'Ρωμαίων.

Μᾶρκος Οὐαλάριος Μάρκου στρατηγὸς καὶ | δήμαρχοι καὶ ἡ σύνκλητος Τηίων τῆι βουλῆι καὶ τῶι | δήμωι χαίρειν. Μένιππος ὅ τε παρ' Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως ‖ ἀποσταλεὶς πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτής, προχειρισθεὶς καὶ | ὑφ' ὑμῶν πρεσβεῦσαι περὶ τῆς πόλεως | τό τε ψήφισμα ἀνέδωκεν καὶ αὐτὸς ἀκολούθως τού|τωι διελέχθη μετὰ πάσης προθυμίας· ἡμεῖς δὲ τόν τε ἄν|δρα ἀπεδεξάμεθα φιλοφρόνως καὶ διὰ τὴν προγεγενη‖μένην αὐτῶι δόξαν καὶ διὰ τὴν ὑπάρχουσαν καλοκα|γαθίαν περί τε ὧν ἠξίου διηκούσαμεν εὐνόως· καὶ ὅτι | μὲν διόλου πλεῖστον λόγον ποιούμενοι διατελοῦ|μεν τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, μάλιστ' ἄν τις στο|χάζοιτο ἐκ τῆς συναντωμένης ἡμεῖν εὐμενείας‖διὰ ταῦτα παρὰ τοῦ δαιμονίου· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλ|λων πλειόνων πεπείσμεθα συμφανῆ πᾶσι γεγονέναι | τὴν ἡμετέραν εἰς τὸ θεῖον προτιμίαν· διὸ καὶ διά τε ταῦ|τα καὶ διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν καὶ διὰ τὸν ἠξιω[μέν]ον | πρεσβευτὴν κρίνομεν εἶναι τὴν πόλιν καὶ τὴγ χώ‖ραν ἱεράν, καθὼς καὶ νῦν ἐστίν, καὶ ἄσυλον καὶ ἀφορο|λόγητον ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ 'Ρωμαίων καὶ τά τε εἰς | τὸν θεὸν τίμια καὶ τὰ εἰς ὑμᾶς φιλάνθρωπα πειρασό|μεθα συνεπαύξειν, διατηρούντων ὑμῶν καὶ εἰς τὸ | μετὰ ταῦτα τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν . ἔρρωσθε.

Epistula Romae scripta est a M. Valerio M. f. Messalla praetore peregrino a. $^{561}/_{193}$, quo anno Menippus et Hegesianax, Antiochi regis legati, Romae versabantur (Liv. XXXIV 57, 6). Confirmatur hoc titulo Teis ius asyli a Romanis, quod etiam a multis civitatibus aliis factum esse permagnus numerus lapidum eodem loco repertorum testatur. Inde quod praeter praetorem tribuni et senatus commemorantur, intellegitur ius asyli Teis plebiscito et ex senatus consulto concessum esse.

6 Boeckhii apogr. dat *ὑπὲρ*, Lebasii *περί*. 7 Boeckh scripsit *ἀ[π]έδωκεν* ex usu vulgari dicendi, sed cf. Pol. XV 31, 8; XXIX 25, 7. 17 *προθυμίαν* fortasse scribendum esse ci. Sauppe. Certe Valerius id scribere voluit.

III.

Epistulam Heracleae ad Latmum repertam edidit ex schedis Pittakisii et Mustoxydis qui descripsit Boeckh C.I.G. II 3800, deinde Lebas et Waddington Voy. arch. III 588. Accuratius lapidem descripsit Falkener, cuius apographo usus W. Henzen Annali dell' instit. archeol. 1852 p. 138 sqq. denuo epistulam edidit. Repetiverunt titulum Hicks 193, Ditt. Syll. 209.

3

[Γναῖος Μάνλιος Γναίου υἱὸς] στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων [καὶ οἱ | ἀπὸ Ῥώμης δέκα πρέσβε]ις Ἡρακλεωτῶν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δή[μωι | χαίρειν]. ἐνέ[τυχον ἡ]μῖν οἱ π[α]ρ' ὑμῶμ πρέςβεις Διᾶς Διῆς Διονύ[σιος | . . . . . .] δρος, ... δημος, Μόσχος, Ἀριστείδης, Μένης ἄνδρες [καλοὶ ‖ κἀγαθοί], οἵ τό τε [ψήφι]σμα ἀπέδωκαγ καὶ αὐτοὶ διελέγησαν ἀκολο[ύ|θως τοῖ]ς ἐν τῶι [ψη]φίσματι κα[τ]α[κ]εχωρισμένοις οὐδὲν ἐλλείποντ[ες σπου|δῆς] . . . . ασευε . . . . δε πρὸς πάντας τοὺς Ἕλληνας εὐνόως διακειμένους. | [ἡμεῖς μὲ]ν οὒγ [κα]ὶ πειρασόμεθα παραγεγονότων ὑμῶν εἰς τὴν ἡμετέρ[αμ | πίστιμ]πρόνοιαν ποεῖσθαι τὴν ἐνδεχομένην ἀεί τινος ἀγαθοῦ παρα[ί ‖ τιοι γιν]όμενοι· συγχωροῦμεν δὲ ὑμῖν τήν τε ἐλευθερίαγ, καθότι καὶ | [ταῖς ἄλ]λαις πόλεσιν, ὅσαι ἡμῖν τὴν ἐπιτροπὴν ἔδωκαν, ἔχουσιν [τὰ | κτήμα]τα τὰ αὐτῶμ πολιτεύεσθαι κατὰ τοὺς ὑμετέρους νόμους | [καὶ ἐν το]ῖς ἄλλοις πειρασόμεθα εὐχρηστοῦντες ὑμῖν ἀεί τινος ἀγαθοῦ | [παραίτ]ιοι γίνεσθαι, ἀποδεχόμεθα δὲ καὶ τὰ παρ' ὑμῶμ φιλάνθρωπα καὶ τὰ[ς ‖ πίστεις· κ]αὶ αὐτοὶ δὲ πειρασόμεθα μηδενὸς λείπεσθαι ἐγ χάριτος ἀποδόσε[ι· | ἀπεστάλ]κα[μ]εν δὲ πρὸς ὑμᾶς Λεύκιον Ὄρβιον τὸν ἐπιμελησόμενον τῆς | [πόλεως καὶ] τῆς χώρας, ὅπ[ω]ς μηδεὶς ὑμᾶς παρενοχλῆι. ἔρρ[ωσθε].

Henzen primus vidit hanc epistulam esse Cn. Manlii Volsonis cos. a. $^{565}/_{189}$. Post eum enim exercitus Romanus in Asia non fuit usque ad bellum contra Aristonicum gestum, quo tempore antiquiorem titulum esse scribendi ratio docet. Cn. Manlius a. $^{565}/_{189}$ expeditione contra Gallos facta Ephesi hibernans permultarum civitatum legationes, inter quas etiam Heracleotarum fuisse collegit Henzen, cum benignis responsis laetiores etiam quam venerant dimisit (Pol. XXI 43; Liv. XXXVIII 37). Sed epistula ipsa vix dubium, quin demum a. $^{568}/_{186}$ Apameae scripta sit, cum demum post pacem cum Antiocho factam res totius Asiae ordinarentur. Heraclea vero videtur fuisse inter eas civitates, quibus cum ab Antiocho defecissent et populum Romanorum secutae essent, libertas et immunitas data est (Pol. XXI 48, 2; Liv. XXXVIII 39, 7). Ceterum res urbis adeo turbatas fuisse, ut Cn. Manlius curatorem eo mitteret, qui urbem et agros ab iniuriis defenderet, ex v. 16 eqs. intellexit Henzen.

2 Decem legatorum commemorationem fieri iam Henzen vidit, suppl. Wadd. 4 Henzen scripsit [Ἀλέξαν]δρος, [Μενέ]δημος, sed ut incerta omisi. Falkener post ἄνδρες legit Π. 6 Mustox. legit ελλειποντα. 7 Boeckh scripsit [σπουδῆς, καθὰ καὶ | ἡμ]ᾶς εὖ [ἴστε] πρός eqs., Henzen, Wadd., Ditt. [σπου ‖ δῆς ὡς ἡμ]ᾶς εὖ ε[ἰδότες] πρός eqs. Sed cum in lap. sit ΥΑΣΕΥΕ. . . . ΔΕΠΡΟΣ supplementa omni probabilitate carent. 8 καὶ: Falkener leg. ΠΙΛΙ. Must. om. 9 πίστιν supplevit Ditt., αἵρεσιν Boeckh, Wadd. 'Cum vos in nostram fidem veneritis'. ιερονοιαν τοιεισθαι leg. Falk., πρόνοιαν ποεῖσθαι Mustox. 10 [γενησ]όμενοι Boeckh, [γιν]όμενοι Henzen; [γεν]όμενοι, quod Wadd. et Ditt. posuerunt, nexu sententiarum refutari mihi videtur. 12 [τὰ κτήμα]τα vel [τὰ χρήμα]τα scribendum esse ci. Ditt., Wadd. [τὰ πράγμα]τα, sed πράγματα ἔχειν aliam habet vim. 15 Falk. legit ται: Boeckh suppl. τὰ[ς πίστεις]. cf. Pol. III 67, 7; IV 17, 9. 11. Ad rem cf. Pol. XXI 43, 1. 16 Falk. legit [ἀπεστάλ-]κανεν. 17 idem legit ὅπος et paulo post ἔρρο . . .

IV.

Marmor a. d. 1797 inter Dymarum (*Κάτω Ἀχαΐας*) ruinas repertum a Hawkinsio et Cantabrigiam delatum edid. Dobree Classical Journal XXX p. 127 et ex Mülleri

schedis Boeckh C. I. G. I 1543, repetivit Ditt. Syll. 242. Denuo lapidem descripsit et edidit Hicks 202, sed iota mutum non curavit.

Ἐπὶ θεοκόλου Λέωνος, γραμματέ|ος τοῦ συνεδρίου Στρατοκλέος.

Κόιντος Φάβιος Κοίντου Μάξιμος ἀνθύπατος Ῥωμαίων Δυμαί|ων τοῖς ἄρχουσι καὶ συνέδροις καὶ τῆι πόλει χαίρειν· τῶν περὶ || Κυλλάνιον συνέδρων ἐμφανισάντων μοι περὶ τῶν συντελε|σθέντων παρ' ὑμῖν ἀδικημάτων, λέγω δὲ ὑπὲρ τῆς ἐμπρήσε|ως καὶ φθορᾶς τῶν ἀρχ(εί)ων καὶ τῶν δημοσίων γραμμάτων, ὧν ἐγε|γόνει ἀρχηγὸς τῆς ὅλης συγχύσεως Σῶσος Ταυρομένεος ὁ | καὶ τοὺς νόμους γράψας ὑπεναντίους τῆι ἀποδοθείσηι τοῖς || [Ἀ]χαιοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιτ[εία]ι, περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος διή[λ]θο|μεν ἐν [Π]άτραις μετὰ τοῦ πα[ρ]όν[το]ς συμβουλίου· ἐπεὶ οὖν οἱ διαπρα||[ξά]μενοι ταῦτα ἐφαίνοντό μοι τῆς χειρίστης κ[αταστ]άσεως | [κα]ὶ ταραχῆς κα[ταβολὴν] ποιούμενο[ι τοῖς Ἕλλησιν πᾶσ]ιν, οὐ μό|ν[ον γὰρ] τῆς πρ[ὸ]ς ἀλλήλου[ς] <α> συναλλα[γῆ]ς καὶ χρε[ίας τῆς κατ' ἰ||δίαν], ἀλλὰ καὶ [τ]ῆς ἀποδεδομένης κατὰ [κ]οινὸν τοῖς Ἕλλη[σιν ἐ]|λευθερίας ἀλλότρια καὶ τῆ[ς] ἡμετέ[ρα]ς προαιρέσεως· ἐγ[ὼ πα]|ρασχομένων τῶν κατηγόρων ἀληθινὰς ἀποδείξεις Σῶ|σον μὲν τὸν γεγονότα ἀρχηγὸν [τ]ῶν πραχθέντων καὶ νο|μογραφήσαντα ἐπὶ καταλύσει τῆς ἀποδοθείσης πολιτεί||[α]ς κρίνας ἔνοχον εἶναι θανάτωι πα[ρ]εχώρισα, ὁμοίως δὲ καὶ | [Φορ]μίσκον Ἐχεσθένεος τῶν δαμιοργῶν τὸν συμπράξαντα | [τοῖ]ς ἐμπρήσασι τὰ ἀρχεῖα καὶ τὰ δημόσια γράμματα, ἐπεὶ καὶ | [αὐτὸς] ὡμολόγησεν· Τιμόθεον δὲ Νικία τὸμ μετὰ τοῦ Σώσου | [γεγονό]τα νομογράφον, ἐπεὶ ἔλασσον ἐφαίνετο ἠδικηκώς, ἐ||[κέλευσα] προάγειν εἰς

Q. Fabius Q. f. Maximus, qui epistulam scripsit, fortasse fuit Aemilianus cos. a. $^{609}/_{145}$; sed eodem iure cogitari potest de Q. Fabio Maximo Serviliano cos. a. $^{612}/_{142}$ aut de Aemiliani filio Q. Fabio Maximo Allobrogico cos. $^{633}/_{121}$ aut de Q. Fabio Maximo Eburno cos. a. $^{638}/_{116}$, quem epistulae scriptorem esse Zumpt (comment. epigr. II p. 167) dixit. Sosus quidam cum factione sua adiuvante Phormisco demiurgo curiis et litteris publicis Dymarum incensis rempublicam a Mummio et decem legatis a. $^{608}/_{146}$ et $^{609}/_{145}$ constitutam, quam timocratiam fuisse Paus. VII 16, 6 docet, abrogare conatus erat et novas leges cum Timotheo Niciae f. scripserat. De qua re cum *οἱ περὶ Κυλλάνιον σύνεδροι* proconsulem certiorem fecissent, Q. Fabius de Soso et Phormisco supplicium sumpsit et Timotheum in Italiam in exilium misit.

5 *Κυλλάνιον* non Cyllenen terrae Eleae, sed hominis nomen esse intellexit Dittenberger. 13 *κα[τάπειραν]* suppl. Dobr.; scripsi pro hoc verbo inusitatissimo ex usu Polybiano *κα[ταβολὴν]*. Dobr. suppl. [*ἣ κολαστία ἐστ*]*ιν*, quod Boeckh et Hicks receperunt, recte id refutavit Ditt.; [*τοῖς Ἕλλησιν πᾶσ*]*ιν* suppl. U. de Wilamowitz. 14 *ὡς* suppl. Dobr., *ἅτε* Boeckh, *γάρ* U. de Wilam. Dobr. ci. scribendum esse *τῆς πρὸς ἀλλήλους οὔσα*[*ς*] *συναλλαγῆς*, quod nequaquam probabile esse iam Boeckh monuit. *χρε*[*ίας τῆς κατ' ἰδίαν*] suppl. Dobr. recte, iniuria id Ditt. reiecit. 16 *ἀλλότρια* scribendum esse vidit U. de Wilam., ceteri *ἀλλοτρία*. Dobr. cum legeret EI . . . suppl. *εἰ*[*σπα*]*ρασχομένων*, Ditt. *ἐ*[*γὼ πα*]*ρασχομένων*; idem Hicks, qui in lapide *ἐγ* legebat. Fortasse, ut monuit U. de Wilam., scribendum est *ἐ*[*πιπα*]*ρασχομένων*, quamquam hoc verbum alibi non invenitur. *ἐγώ* similiter exstat in epist. Aug. IX 9. 20 Dobr. secuti omnes edid. *παρεχώρ*[*η*]*σα*, sed ne hoc quidem graecum esset. 21 *Φορ*]*μίσκον* suppl. Boeckh probabiliter.

'Ρώμην ὁρκίσας, ἐφ' [ᾧ]ι τῆι νουμηνίαι τοῦ ἐν[άτου μηνὸ]ς ἔστα[ι] ἐκεῖ καὶ ἐμφανίσας τ[ῶι ἐ]πὶ τῶν ξένων στρατη|[γῶι τὸ δόξ]αν, [μὴ π]ρότερον ἐπά[ν]εισ[ιν εἰ]ς οἶκον, ἐὰ[ν μ]ὴ ἀ[πολυθῆ]ι . . .

---

26 τοῦ ἐν[εστῶτος] Dobr., Boeckh, Hicks. Ditt. emendavit τοῦ ἐν[άτου μηνὸ]ς. 27 in lap. est: ⌐ΛΝ . . . POTEPON, Dobree suppl. ὅπω]ς ἂν [μὴ π]ρότερον ἐπά[ν]εισ[ι πρὸ]ς οἶκον, ἐὰ[ν μ]ή. Sed ὅπως ἂν c. indic. fut. vix ferri potest. U. de Wilam. vidit ἔστα[ι] et ἐπά[ν]εισ[ιν] coniuncta fuisse et scripsit [τὸ δόξ]αν eqs. Ἀ[πολυθῆι] suppl. U. de Wilam., Hicks legit αν in lap.

V.

Lapis a Sherardo descriptus editusque a Chishullo Antiq. Asiat. 1738 et a Boeckhio C. I. G. II 2737 repetitus est a Mommseno in Brunsii font. iuris ant. Rom.[6] p. 167 eqs.

A.

[Μᾶρκος Ἀντώνιος Μάρκου υἱὸς αὐτοκράτωρ ὕπατος ἀποδεδει]|γμένος τὸ β̄ καὶ [τὸ γ̄ | τῶν] τριῶν ἀνδρῶν τῆ[ς] | τῶν δημοσίων πρα|γμάτων διατάξεως || Πλαρασέων καὶ Ἀφρο|δεισιέων ἄρχουσιν | βουλῇ δήμῳ χαίρειν· | εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔ|χοι· ὑγιαίνω δὲ καὶ || αὐτὸς μετὰ τοῦ στρα|τεύματος. Σόλων | Δημητρίου [ὑ]μέτερος | πρεσβευτὴς ἐπι|μελέστατα πεφρον||τ[ι]κὼς τῶν τῆς πό|λεως ὑμῶν πραγ|μάτων οὐ μόνον | ἠρκέσθη ἐπὶ τοῖς | γεγονόσιν οἰκονο||[μή]μασιν, ἀλλὰ καὶ | ἡμᾶς παρεκάλεσ|εν εἰς τὸ τοῦ γεγο|νότος ὑμεῖν ἐπι|κρίματος καὶ δόγμα||τος καὶ ὁρκίου καὶ νό|μου ἀντιπεφωνημέ|να ἐκ τῶν δημοσίων | δέλτων ἐξαποστεῖ|λαι ὑμεῖν τὰ ἀντίγρα||φα. ἐφ' οἷς ἐπαινέ|σας τὸν Σόλωνα μᾶλ|λον ἀπεδεξάμην ἔσ|χον τε ἐν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ | γεινωσκομένοις, || ὧ καὶ τὰ καθήκοντα | ἀπεμέρισα φιλάν|θρωπα, ἄξιον ἡγη|σάμενος τὸν ἄν|δρα τῆς ἐξ

Aphrodisias Cariae oppidum libertatem accepit ex actis Caesaris a M. Antonio a. $^{710}/_{44}$ simul cum iuris asyli confirmatione, quae a Tacito (ann. III 62) commemoratur. Edicti Caesaris nihil superest nisi inscriptio *γράμματα Καίσαρος*. Argumentum vero illius decreti et decreti triumvirum quo id confirmabatur (*ἐπίκριμα* id in v. 23 nominatur), in senatus consultum (B) receptum est. Iusiurandum et lex (cf. A v. 25), quibus foedus sanciebatur, perierunt. M. Antonii epistula denique, quae integra superest, scripta est inter a. $^{715}/_{39}$ — $^{719}/_{35}$, quod inde intellegitur, quod cos. des. II et III et triumvir rei publicae constituendae nominatur, cf. Mommsen Röm. Staatsr. I[2] p. 567.

Lapidis caput integrum non est. Pro Chishulli supplementis *M. Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ* eqs. scripsi *Μᾶρκος Ἀντώνιος Μάρκου υἱὸς αὐτοκράτωρ*, cum praenomina ea aetate, qua titulus conscriptus est, nondum per compendia scribi solerent et patris nomen plerumque adderetur. 2 U. de Wilamowitzio suadente cum et in v. 1 et in v. 2 trium fere litterarum spatium vacaret et in extr. v. 2 post *τῆς* (in lap. *τηδ*), quamquam Sherard illo loco hiatum notavit, nihil excidisse videatur, scripsi *καὶ [τὸ γ̄ | τῶν] τριῶν ἀνδρῶν τῆ[ς]* | eqs. Certe *τῶν* quam maxime requiritur, cf. B 4. 12 *ἡμέτερος* Sherard descripsit. 15 *πεφροντηκώς* idem.

ἡμῶν τει‖μῆς ὑμεῖν τε συ|νήδομαι ἐπὶ τῷ ἔχειν | τοιοῦτον πολείτην. | ἔστιν δὲ ἀν-τίγραφα | τῶν γεγονότων ὑ‖μεῖν φιλανθρώπων | τὰ ὑπογεγραμμένα· | ἃ ὑμᾶς βούλομαι | ἐν τοῖς δημοσίοις | τοῖς παρ' ὑμεῖν ‖ γράμμασιν ἐντάξαι. |

Γράμματα Καίσαρος.

. . . .

B.

. . . . [*κατὰ τὰ*] [*δί*]*καια ἐσθλά τε* [*πάντ*]*α ἐλευθέρους εἶναι, τῷ* [*τε*] *δικαίῳ καὶ ταῖς* [*κρίσεσιν ταῖς ἰδίαις τὴν πό-*] [*λιν*] *τὴν Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων χρῆσθαι μήτε ἐγγύην ε*[*ἰς Ῥώμην αὐτοὺς κατὰ δόγμα τι*] [*κ*]*αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν· ἅ τέ τινα ἔπαθλα τειμὰς φιλάνθρω*[*πα* . . . . *τρεῖς ἄνδρες*] [*ο*]*ἱ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως τῷ ἰδίῳ ἐπικρίματι Πλ*[*αρασεῦσι καὶ Ἀφροδεισιεῦ-*] [*σι*] *προσεμέρισαν προσμεριοῦσιν, συνεχώρησαν συγχωρήσουσιν, τα*[*ῦτα πάντα κύρια εἶναι*] [*γ*]*ενέσθαι· ὁμοίως τε ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ τὸν δῆμον τὸν Πλα*[*ρασέων καὶ Ἀφροδεισιέ-*] *ων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν αὐτοὺς πάντων τῶν πραγ*[*μάτων ἔχειν καρπίζεσθαι*] [*καθ*]*άπερ καί τις πολιτεία τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν,* [*ἥτις παρὰ τοῦ*] [*δήμο*]*υ τοῦ Ῥωμαίων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν ἔχει φίλη τε καὶ σύ*[*μμαχος γεγέ-*]

ex aequo et bono omni liberos esse et iure iudiciisque suis civitatem Plarasensium et Aphrodisiensium uti neque vadimonium Romam eos ad decretum quodvis et iussum promittere; quaeque praemia honores beneficia . . . . tres viri reipublicae constituendae suo decreto Plarasensibus et Aphrodisiensibus attribuerunt attribuerint, concesserunt concesserint, ea omnia rata esse fieri; item placere senatui populum Plarasensium et Aphrodisiensium libertate et immunitate ipsos omnium rerum uti frui, uti quae civitas optimo iure optimaque lege est, quae civitas a populo Romano libertatem et immunitatem habet amicaque et socia facta

---

51 epistula Caesaris et quae sequebantur perierunt. B Initium senatusconsulti periit. Supplendum fere est, ut etiam Mommsen scripsit *περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ Πλαρασεῖς καὶ Ἀφροδεισιεῖς, ὡς ἔκρινε Γάιος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ* (cf. Jos. Ant. Iud. XIV 10, 10) eqs. 1 Mommsen scripsit: [*μετὰ ταῦτ*]*α*, quod lacunae spatium excedit. [*πάντ*]*α* scripsit Boeckh. 2 Mommsen cum supplementa Chishulliana a Boeckhio fere servata *μήτε ἐγγύην ε*[*ἰσφέρειν τούτοις κατὰ τόδε τὸ δόγμα κ*]*αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν* defendi nequeant, ratus hoc loco caveri, ne civis Aphrodisiensis iussu magistratus Romani Romam evocaretur et eius rei vadimonium facere cogeretur comparato loco Dionysii (XI 32) *τὴν ἐγγύην ὁμολογεῖτε εἰς τὴν αὔριον ἡμέραν* (cf. etiam Jos. Ant. Jud. XVI 6, 2. 4), supplevit ea, quae scripsi.
3 Lacunam statuit Mommsen. 5 Supplevit Mommsen. Boeckh: *τα*[*ῦτα βέβαια* | *γ*]*ενέσθαι*.
7 Boeckh bene ci: [*ο*]*ὕτ*[*ω*]*ς*, sed *αὐτούς* in lap. Mommsen lacunam statuit, *καρπίζεσθαι* suppl. U. de Wilam. 8 *καί τις:* Boeckh scripsit (*ἥ*)*τις*, sed pronomen relativum in fine addendum esse censeo secutus Mommsenum. Sed cum hic suppleverit *ἐστὶν* [*χρωμένη, ἣ παρὰ τ. δ.*], mihi videtur scribendum esse *ἐστίν*, [*ἥτις παρὰ τ. δ.*]. Nam *χρωμένη* movet summam dubitationem, quia ad verbum reddita videtur locutio latina: optimo iure optimaque lege est. 9 *σύ*[*μμαχος οὖσα*]

[νηται· ὅ τε] τέμενος θεᾶς Ἀφροδίτης ἐν πόλει Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέω[ν καθιέρωτο, τοῦτο]
[ἄσυλον ἔ]στω ταὐτῷ <τῶ> δικαίῳ ταὐτῇ τε δεισιδαιμονίᾳ, ᾧ δικαίῳ καὶ ᾗ δεισ[ιδαιμονίᾳ Ἀρτέμι-]
[δος Ἐφε]σίας ἐστὶν ἐν Ἐφέσῳ· κύκλῳ τε ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ εἴτε τέμενος εἴτ[ε ἄλσος ἐστίν, οὗ-]
[τος ὁ] τόπος ἄσυλος ἔστω· ὅπως τε ἡ πόλις καὶ οἱ πολεῖται οἱ Πλαρασέων [καὶ Ἀφροδεισιέων]
[μεθ' ὧ]ν κωμῶν χωρίων ὀχυρωμάτων ὀρῶν προσόδων πρὸς τὴν φιλίαν το[ῦ δήμου ἦλθον, ταῦτα]
[ἔχωσ]ιν κρατῶσιν χρῶνται καρπίζωνταί τε πάντων πραγμάτων ἀτε[λεῖς ὄντες? μηδέ τινα?]
[φόρον δ]ιά τινα αἰτίαν ἐκείνων διδόναι μηδὲ [σ]υνεισφέρειν ὀφείλωσιν, [ἀλλ' αὐτοὶ πᾶ-]
[σι τούτ]οις κατ' οὖσαν μετὰ ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς κύρωσιν χρῶν[ται καρπίζωνται κρατῶσιν· ἔδοξεν].

est; quodque templum deae Veneris in civitate Plarasensium et Aphrodisiensium consecratum est, id sacrum esto eodem iure eademque religione, quo iure quaque religione templum Veneris Ephesiae est Ephesi; et in ambitu eius sacrarii sive templum sive lucus est, is locus sacer esto; utique civitas et cives Plarasenses et Aphrodisienses, cum quibus vicis agris castellis montibus reditibus in amicitiam populi Romani venerunt, ea habeant possideant utantur fruantur omnium rerum immunes neve quod tributum ex quacumque causa illarum rerum dare inferreve debeant, sed ipsi omnibus in rebus secundum futuram posthac de suis rebus potestatem utantur fruantur habeant. Censuere.

---

ceteri. Sed cum hic per *τε* novum addatur enuntiatum, *γεγένηται* supplendum esse vidit U. de Wilamowitz. 10 [*ὅ τε*]*τέμενος* . . . . [*καθιέρωτο, τοῦτο*] eqs. suppl. U. de Wilamowitz. Ceteri [*τὸ δὲ*] *τέμενος* . . . . *Ἀφροδεισιέω*[*ν ἄσυλον* | *ἔ*]*στω*, quae verba lacunam non explent. 11 *τῶ* iure delevit Boeckh. [*Ἀρτέμι*|*δος Ἐφε*]*σίας* suppl. U. de Wilam., Boeckh: [*τὸ θε*|*ᾶς Ἐφε*]*σίας*, Momms. [*τὸ ἱερὸν θε*|*ᾶς Ἐφε*]*σίας*. 12 Momms. scripsit *ἱερόν*, quod post *τέμενος* vix ferri potest. U. de Wilam. proposuit *ἄλσος*. 14 *ὅρων* Chishull, Boeckh: Mommsen Röm. Staatsr. III p. 687, 4 vidit *ὀρῶν* scribendum esse. Pickius apud Bruns. suppl. *το*[*ῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων προσῆλθον*, ad sententiam quidem recte, sed iustum spatium exceditur hoc supplemento. 16 *ἐκείνων* cum *φόρον* iungi iubet Mommsen. *ζυνεισφέρειν* in lap., quod iniuria mutaverunt Boeckh et Mommsen in [*ξ*]*υνεισφέρειν*. Illa aetate scribebatur *συνεισφέρειν*. 17 Suppl. Mommsen. — Versio latina est Mommseni.

VI.

Lapidis Mylasensis fragmenta duo edid. Lebas et Waddington Voy. arch. III 441, Froehner Inscript. grecques du Louvre p. 157 n. 72, Ditt. Syll. 271. Lapis adhuc servatur in museo Parisiensi.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ Ἰουλίου | *υἱὸς ὕπατός τε τὸ τρίτον καθεσ*|*ταμένος*

Epistula ab Augusto cos. III ad Mylasenses scripta est a. 723/31, ut Wadd. coniecit, in insula Samo (cf. Suet. Aug. 17). Devastationes et incendia quae commemorantur pertinere ad

Μυλασίων ἄρχουσι βου|λῆι δήμωι χαίρειν· εἰ ἔρρωσθε, κ[α]‖λῶς ἂν ἔχοι· καὶ αὐτὸς δὲ μετὰ τ[οῦ] | στρατεύματος ὑγίαινον· κα[ὶ πρό]‖τερον μὲν ἤδη περὶ τῆς κατ[ασχού]‖σης ὑμᾶς τύχης προσεπέ[μψατέ] | μοι καὶ νῦν παραγενομένω[ν τῶν] ‖ πρεσβευτῶν Οὐλιάδ[ου . . . .

. . . . ς τῶν πολεμίων πταῖσαι καὶ κρατη[θεί]‖σης τῆς πόλεως πολλοὺς μὲν αἰχμαλώτο[υς] | ἀποβαλῖν πολίτας, οὐκ ὀλίγους μὲν φονευθέ[ν]|τας, τινὰς δὲ καὶ συνκαταφλεγέ(ν)τας τῇ πόλε[ι] ‖ τῆς τῶν πολεμίων ὠμότητος οὐδὲ τῶν | ναῶν οὐδὲ τῶν ἱερῶν τῶν ἁγιωτάτων ἀ|ποσχομένης· ὑπέδιξαν δέ μοι καὶ περὶ | τῆς χώρας τῆς λελεηλατημένης καὶ τῶν | ἐπαυλέων τῶν ἐμπεπρησμένων, ὥστε ἐμ‖ πᾶσιν ὑμᾶς ἠτυχηκέναι· ἐφ' οἷς πᾶσιν συνε‖[ἶδον παθόντας] ταῦτα πάσης τειμῆς καὶ χάρι‖[τος ἀξίους ἄνδρας γενομέν]ους ὑμᾶς πε‖[ρὶ Ῥωμαίους . . . .

Labieni Parthorumque incursionem a. 714/40 factam (v. Leb. et Wadd. 242—43) idem probabile reddidit. Labienus enim cum Syriam et Asiam devastaret, inter alias etiam urbem Mylasensium, qui ab Hybrea commoti resistebant (cf. Strab. XIV p. 660), magnis calamitatibus adflixit.

Supplementa inde a v. 20 sunt Dittenbergeri. Wadd. scripserat: *συνέ‖[γνων ἀτυχήματα] ταῦτα πάσης τειμῆς καὶ χάρι‖[τος καὶ εὐνοίας ὄντας ἀξί]ους ὑμᾶς πε‖[πονθέναι* . . . ., in quibus optimo iure offendit Ditt.

VII.

Edidit titulum Ephesium, qui nunc servatur in museo Britannico, C. Curtius Hermes IV p. 195, deinde accuratius eum descripsit Waddington Fastes des prov. Asiatiques p. 84 n. 52.

Μᾶρκος Ἑρέννιος Πίκης ἀνθ[ύπατος λέγει·]
ἀφανοῦς γεγενημένου τοῦ π[αλαιοῦ χώ-]
ματος, ὅπερ δημοσίαι κατασκ[ευῆι τῶν]
Ἐφεσίων μεταξὺ τῆς ἀγορᾶς κα[ὶ τοῦ λιμέ-]
νος γεγονέναι συνεφωνεῖτο . . . . . .
τῶν καιρῶν ἢ τοῦ πολέμου πε . . . . . .
τελ . . . . . .

M. Herennium Picentem Curtius propter formam litterarum apicibus ornatarum intellegendum non esse censuit consulem suffectum a. 720/34. Sed iam Augusti aetate in Asia maxime litterae apicibus ornari solebant, ut etiam in epistula quae antecedit Augusti factum est. Item Waddington ex scriptura *Πίκης* colligit illum consulem suff. intellegendum esse. Curtius suppleverat *Πίκ[ην]ς*. Titulus igitur ipse videtur post a. 720/34 scriptus esse.

1 *λέγει* addidit Wadd. cf. Jos. Ant. Jud. XIV 10, 16. 18. C. J. G. III 4957.
2 Curtius scripserat *τοῦ π[υλώ]‖ματος*, Wadd. quod dedi. Devastatio, de qua agitur, videtur pertinere ad bellum Mithridaticum, cf. Wadd. ad. Leb. III 136a. 3 suppl. Curtius.
4 idem suppl.; de portubus Ephesi cf. E. Curtius Gött. Gel. Anz. 1863 p. 1056. 5 *αἰτίας* proposuit U. de Wilamowitz. 6 Curtius descripsit: ΤΕΛ ⁻Ο ΕΙΟΙ⁻////.

VIII.

Titulum in regione veteris Thyatirae repertum edid. Michel Clerc Bullet. de corresp. hellén. X p. 399.

Πόπλιος Κορνήλιος Σ[κιπίων ἀνθύπατος Ῥωμαίων]
Θυατειρηνοῖς ἄρχουσ[ι βουλῆι δήμωι χαίρειν.]
Δίκαιον εἶναι νομίζω ὑ[μᾶς . . . . ὡς]
καὶ νόμιμόν ἐστιν τ[ὰς γενομένας ὑπὲρ τῶν ἱε-]
ρῶν. χρημάτων κρίσε[ις . . . .]
γης δικαστῶν κελευ [. . . . . καὶ οὐ-]
δὲν πλέον τοῖς ἐπικαλ[ουμένοις . . . . ὑπε-]
ρωνηθεῖσι τὸ παραβόλ[ιον . . . . ὁ-]
[π]ό[σ]η τοῖς φυγοδικοῦσ[ι . . . .]
. . . . . . ἐμὴν ἅπαντα . . . .
[Ε]ἰσηγησαμένου Αὔλου Ῥαυ(ί)ο[υ . . . .]

P. Cornelius Scipio consul fuit a. $^{738}/_{16}$, cf. Wadd. fast. des prov. asiat. p. 92 n. 56. Clercium rem, de qua agitur, non perspexisse vidit U. de Wilamowitz. Ita enim res se habet: Publicani quidam (cf. v. 7) provocaverant pignore interposito contra Thyatirenos, qui iudicia, quae intercesserant inter publicanos et Thyatirenos, non curaverant, ad proconsulem Asiae. Agebatur vero de rebus sacris, quae nimio pretio locata videntur esse (cf. v. 4—5, 7—8). Clerc videtur putavisse Thyatirenos se convertisse ad proconsulem, ut diiudicaret accusationes, quas alii ad ipsos de sententia iudicum tulissent, proconsulem vero eos admonuisse, ne a iudicum sententia recederent. Supplementa pleraque sunt Clercii.

1 *Ῥωμαίων* iniuria dubitavit Clerc addere; cf. I, III, IV. 3 *ὡς* add. U. de Wilamowitz. 8 suppl. U. de Wilamowitz, cf. Phryn. p. 238 Lob. 9 idem scripsit [*ὁπ*]*ό*[*σ*]*η*, in lap. //// *οςη*. 11 Clerc cogitat de A. Ravio Juliano, cf. C. J. G. III 3543. Neque vero scribere debuit *Ῥαυο*[*ίου*], sed *Ῥαυ*(*ί*)*ο*[*υ*].

IX.

Titulum Astypalaeae repertum edid. Ross Inscr. graec. ined. III n. 312, accuratius eum descripsit Dubois Bull. de corr. hell. VII p. 62 sqq. C. J. G. II 2493 refert Boeckh fragmentum quoddam epistulae Augusti ex Osanni Syll. p. 394 n. XXX, quod videtur initium huius tituli esse. Sed falso videtur v. 1. descriptus esse, ubi apud Boeckhium legitur *ὁ δᾶμος*. Ceterum per errorem Boeckh dixit titulum pertinere ad a. 745/9.

[ἐπὶ δαμι]ουργοῦ δὲ Καιρογένευς Λευ . . . . ια.
Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ υἱὸς Σεβαστὸς ἀρχιερεὺς

Titulus quem in capite mutilatum esse ex particula *δὲ* v. 1 elucet, continet quidem epistulam ab Augusto cos. des. XII, trib. pot. XVIII a. $^{749}/_{5}$ ad Cnidios scriptam, sed publice

ὕπατος τὸ δωδέκατον ἀποδεδειγμένος καὶ δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον Κνιδίων ἄρχουσι βουλῆι δήμωι χαίρειν. — οἱ πρέσβεις ὑμῶν Διονύσιος β̅ καὶ Διονύσιος β̅ τοῦ Διονυσίου ἐνέτυχον ἐν Ῥώμηι μοι καὶ τὸ ψήφισμα ἀποδόντες κατηγόρησαν Εὐβούλου μὲν τοῦ Ἀναξανδρίδα τεθνεῶτος ἤδη, Τρυφέρας δὲ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παρούσης περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Εὐβούλου τοῦ Χρυσίππου· ἐγὼ δὲ ἐξετάσαι προστάξας Γάλλωι Ἀσινίωι τῶι ἐμῶι φίλωι τῶν οἰκετῶν τοὺς ἐνφερομένους τῆι αἰτίαι διὰ βασάνων, ἔγνων Φιλεῖνον τὸν Χρυσίππου τρεῖς νύκτας συνεχῶς ἐπεληλυθότα τῆι οἰκίαι τῆι Εὐβούλου καὶ Τρυφέρας μεθ' ὕβρεως καὶ τρόπωι τινὶ πολιορκίας, τῆι τρίτηι δὲ συνεπηιγμένον καὶ τὸν ἀδελφὸν Εὔβουλον, τοὺς δὲ τῆς οἰκίας δεσπότας Εὔβουλον καὶ Τρυφέραν, ὡς οὔτε χρηματίζοντες πρὸς τὸν Φιλεῖνον οὔτε ἀντιφραττόμενοι ταῖς προσβολαῖς ἀσφαλείας ἐν τῆι ἑαυτῶν οἰκίαι τυχεῖν ἠδύναντο, προστεταχότας ἑνὶ τῶν οἰκετῶν οὐκ ἀποκτεῖναι, ὡ[ς ἴ]σως ἄν τις ὑπ' ὀργῆς οὐ[κ] ἀδίκου προήχθηι, ἀλ-

---

positus erat Astypalaeae. Neque enim casu quodam eo lapis delatus esse potest, cum in eodem lapide incisae sint duae Hadriani ad Astypalaeenses epistulae (cf. Bull. de corr. hell. VII p. 405—408). Attamen Rossii sententia, qui aliquo modo rem, de qua agebatur, haud alienam esse a foro Astypalaeensium putavit, probari non potest. Nam Astypalaeensium nulla fit commemoratio. Res ita mihi videtur se habuisse: Eubulus et Tryphera, cum ipsis auctoribus servus quidam Eubulum Philini fratrem invitus interfecisset (cf. v. 12—25), iudicium Cnidiorum, qui valde irati erant, effugerunt et Romam se contulerunt. Eubulus vero Trypherae maritus aut Romae aut priusquam eo veniret, mortuus est. Post cuius obitum Cnidiorum legati Romam venerunt ad accusandam Trypheram apud Augustum. Qui tamen Asinio Gallo amico — non proconsuli!, administrabat enim ille tum Asiam — mandavit quaestionem de servis Trypherae instituendam et cum cognovisset Trypheram omni culpa carere, suasit Cnidiis (*ἀλλὰ νῦν ὀρθῶς ἄν μοι δοκεῖτε ποιῆσαι* cf. v. 37), ut ipsius sententiae accommodarent suam. Iniuria igitur Mommsen (Röm. Gesch. V p. 324 sqq.) contendisse videtur ex hoc titulo intellegi provocationem, quam in provinciis imperatoriis valuisse dicit, etiam valuisse in provinciis senatoriis. Nam minime Eubulus et Tryphera provocaverant ad Augustum, minime ille rem diiudicavit. Neque magis probari potest sententia Duboisii, qui putat Eubulum et Trypheram recusavisse, ne servos ad quaestionem instituendam liberarent, iudices vero nescio qua de causa rem non diiudicavisse, sed ad Augustum detulisse. Nam prior illa res omnino non tangitur, altera dubia est, quia verba epistulae ultima *τὰ ἐν τοῖς δημ[οσίοις] ὑμῶν ὁμολογεῖν γράμματα* non obstant, ne Eubulum et Trypheram absentes damnatos esse putemus. Lapis vero nescio an Astypalaeae Tryphera auctore positus sit, sive ipsa maritusque, priusquam Romam se conferrent, ibi diutius habitaverant, sive Tryphera postea domicilium suum constituit in illa insula.

22 falso Dubois *προηχθῆι*.

λὰ ἀνεῖρξαι ἀνασκεδάσαντα τὰ κόπρια αὐτῶν, τὸν
δὲ οἰκέτην σὺν τοῖς καταχεομένοις εἴτε ἑκόντα
εἴτε ἄκοντα, αὐτὸς μὲν γὰρ ἐνέμεινεν ἀρνούμενο[ς],
ἀφεῖναι τὴν γάστραν [καὶ] Εὔβουλον ὑποπεσεῖν, δικαιό-
[τ]ερον ἂν σωθέντα [τοῦ ἀ]δελφοῦ· πέπονφα δὲ ὑμεῖν καὶ α[ὐ-]
[τ]ὰς τὰς ἀνακρίσεις· ἐθαύμαζον δ' ἄν, πῶς εἰς τόσον
ἔδεισαν τὴν παρ' ὑμεῖν ἐξετασίαν τῶν δούλων οἱ φ[εύ-]
γοντες τὴν δίκην, εἰ μή μοι σφόδρα αὐτοῖς ἐδόξ[ατε]
χαλεποὶ γεγονέναι καὶ πρὸς τὰ ἐναντία μισοπόνη[ροι],
μὴ κατὰ τῶν ἀξίων πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν ἐπ' ἀλλο[τρίαν]
οἰκίαν νύκτωρ μεθ' ὕβρεως καὶ βίας τρὶς ἐπεληλ[υθό-]
των καὶ τὴν κοινὴν ἁπάντων ὑμῶν ἀσφάλει[αν ἀναι-]
ρούντων ἀγανακτοῦντες, ἀλλὰ κατὰ τῶν καὶ [ὅτε ἠ-]
μύνοντο ἠτυχηκότων, ἠδικηκότων δὲ οὐδέ[ν·]
ἀλλὰ νῦν ὀρθῶς ἄν μοι δοκεῖτε ποιῆσαι τῆι ἐμῆι π[ερὶ τού-]
των γνώμηι προνοήσαντες καὶ τὰ ἐν τοῖς δημ[οσίοις]
ὑμῶν ὁμολογεῖν γράμματα. ἔρρωσθε.

B. Senatus consulta.

X.

Edid. titulum Lebas Voy. arch. II 852; cf. Willems Le sénat de la republ. Rom. I p. 248 sqq., p. 312 n. 17, 326 n. 78. Supplementa pleraque sunt mea.

a.

Σπόριος Ποστόμιος Λευκίου υἱὸς στρατη[γὸς Δελφῶν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαί-]
[ρειν· οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευ]|ταὶ Βούλων, Θρασυκλῆς, Ὀρέστας περὶ τῆς ἀ[συλίας τῆς]
[πόλεως τῶν Δελφῶν καὶ τῆς χώρας διελέγησαν] | καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ ἀνεισφο-
ρ[ίας . . . .] | Γινώσκετε οὖν δεδογμένον τῆι
συγκλή[τωι . . . . τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ] ‖ τὴν πόλιν τῶν Δελφῶν

V. 1–7 continetur epistula Spurii Postumii ad Delphos missa, inde a v. 8 sequitur senatusconsultum. Spurius Postumius praetor urbanus fuit a. $^{565}/_{189}$ (cf. Liv. XXXVII 47), cos. a. $^{568}/_{186}$. Titulus igitur aut a. $^{565}/_{189}$ aut a. $^{568}/_{186}$ scriptus est, propter longitudinem versuum scripsi in v. 1 et 8 *στρατηγός*, non *στρατηγὸς ὕπατος*, quamquam hoc incertum est. Certe hoc titulo Delphis post bellum contra Antiochum gestum libertas et immunitas, quae prius eis a T. Quinctio Flaminino datae et senatus consulto confirmatae erant, denuo confirmantur (cf. v. 11).

4 suppl. U. de Wilamowitz.

καὶ τὴν χώραν καὶ [λιμένας? καὶ προσόδους ἔχειν Δελφοὺς ἐλευθέρους ὄν]|τας καὶ
πολιτεύοντας αὐτοὺς καθ' αὐτ[οὺς . . . . καὶ τοῦ ἱεροῦ ἐπιμελου]|
μένο(υ)ς, καθὼς πάτριον αὐτοῖς ἐξ ἀρχῆ[ς] . . . . . .

b.

Πρὸ ἡμερῶν τεσσάρων νωνῶν Μαί[ων Σπόριος Ποστόμιος Λευκίου υἱὸς στρατηγὸς . . . . . . συνε-]
βουλεύσατο τῆι συγκλήτωι· γραφ[ομένωι παρῆσαν] . . . .
Γάιος Ἀτίνιος Γαίου, Τιβέριο[ς Κλαύδιος] . . . .
ἔδοξεν καθὼς πρότερο[ν . . . . οὕτως καὶ]
νῦν· ἔδοξεν.

c.

[Λ]εύκιος Φούριος Λ[ευκίου] . . .
[Δε]λφῶν ἐ . . .

A. d. IV non. Mai. Sp. Postumius L. f. praetor . . . . consuluit senatum Scribundo adfuerunt . . . . C. Atinius C. f., Tiberius Claudius . . . . censuere uti antea . . . . ita etiam nunc. Censuere.

---

5 idem suppl., in lap. est *καὶ τὴν χώραν καὶ δ . . .*; *καὶ προσόδους* ipse addidi. 6 idem suppl. et *μενο(υ)ς* v. 7 scribendum esse vidit. 8 deest loci significatio, fortasse fuit *ἐν κομετίωι* i. e. in curia (cf. Mommsen Ephem. epigr. I 284 et senatuscons. de nundinis saltus Beguensis C. I. L. VIII p. 46 n. 270: „in comitio in curia"). Ceterum commemoratione digna collocatio verborum: praecedit enim contra consuetudinem dies et nomini eius, qui senatum consuluit, et verbis *συνεβουλεύσατο τῆι συγκλήτωι*. v. 13 et 14 fortasse inserendi sunt in v. 9 vel 10, ita ut L. Furius L. f. primus vel tertius testis habendus sit.

XI.

Tabulam marmoream in Boeotia ad vicum Kakosi, ubi antiquae Thisbae sitae erant, repertam nunc in museo publico, quod vocatur centrale, Athenis servatam descripsit et edid. P. Foucart Archives des missions scientifiques et littéraires 1872 p. 322 sqs., deinde Th. Mommsen Ephem. epigr. I p. 278 sqs. Denuo recognovit lapidem Otto Lueders (v. Momms. Eph. ep. II p. 102 sqs.) et Joh. Schmidt Mitteil. des archaeol. Instit. z. Athen IV p. 235 sqs., idem tertius edid. titulum Zeitschr. d. Savignystift. für Rechtsgesch. Romanist. Abth. II p. 116 sqs. 1881. Repetiverunt titulum Hicks n. 195, Ditt. Syll. 226, Mommsen ap. Bruns font. iur. ant. Rom.[5] p. 152 sqs.

Κόιντος Μαίνιος Τίτου υἱὸς στρατηγὸς τῆι συνκλή|τωι συνεβουλεύσατο ἐν κομετίωι

Q. Maenius T. f. praetor senatum consuluit in comitio a. d. VII. id. Oct.

Titulus continet duo senatus consulta, quorum prius continetur v. 1—13, alterum

πρὸ ἡμερ¦[ῶ]ν ἑπτὰ εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων.

Γραφομένωι¦παρῆσαν Μάνιος Ἀκίλιος Μανίου υἱὸς Ὀλτε[ι‖νί]α, Τίτος Νομίσιος Τίτου υἱός. Περὶ ὧν Θισ‖[β]εῖς λόγους ἐποιήσαντο περὶ τῶν καθ' αὐ‖[τ]οὺς πραγμάτων, οἵτινες ἐν τῆι φιλίαι τῆι | ἡμετέραι ἐνέμειναν, ὅπως αὐτοῖς δοθῶσιν, | [ο]ἷς τὰ καθ' αὐτοὺς πράγματα ἐξηγήσωνται, περὶ τού‖του τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· ὅπως Κόιντος | Μαίνιος στρατηγὸς τῶν ἐκ τῆς συνκλήτου | [π]έντε ἀποτάξηι, οἳ ἂν αὐτῶι ἐκ τῶν δημοσίων πρα‖[γμ]άτων καὶ τῆς ἰδίας πίστεως φαίνωνται· ἔδοξε. |

Προτέραι εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων.

Γραφομένωι παρῆ‖σαν Πόπλιος Μούκιος Κοίντου υἱός, Μάαρκος Κλαύ¦διος Μαάρκου υἱός, Μάνιος Σέργιος Μανίου υἱός. |

I. *Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο περὶ χώρας | [κ]αὶ περὶ λιμέ-*

Scribundo adfuerunt M.' Acilius M.' f. Vol., T. Numisius T. f.

Quod Thisbaei verba fecerunt de rebus ad se pertinentibus, qui in amicitia nostra permanserunt, ut sibi darentur, quibus res ad se pertinentes exponerent, de ea re ita censuerunt: ut Q. Maenius praetor senatorii ordinis quinque delegaret, qui sibi e republica fideque sua viderentur. Censuere.

Pr. id. Oct.

Scribundo adfuerunt P. Mucius Q. f., M. Claudius M. f., M.' Sergius M.' f.

I. Item, quod iidem verba fecerunt de agro et portubus portoriisque et de saltibus,

---

v. 14—60, a. $^{584}/_{170}$, quo anno Q. Maenius, qui senatum consuluit, praetor urbanus fuit (cf. Liv. XLIII 4, 11; 6, 10) et A. Hostilius (cf. v. 42) consul. „Anno $^{583}/_{171}$ legati Romani in Boeotiam missi, cum se negassent cum communi concilio Boeotorum acturos esse et singulas civitates adiissent, cum Thebanis reliquae omnes Romanorum partibus se applicuerunt praeter Haliartios, Coronenses, Thisbenses, qui in fide Persei regis manebant. Namque apud Polybium XXVII 5, 3 pro *Θήβας*, quod ferri non posse iam Casaubonus viderat, ex hoc senatus consulto *Θίσβας* reposuit Mommsen, monens iam Livium (XLII 46, 7) eam corruptelam in suo Polybii exemplari invenisse. Deinde cum bellum exarsisset, C. Lucretius praetor Haliarto vi capta et diruta ad Thisbas adduxit exercitum; quibus sine certamine receptis urbem tradidit exulibus et qui Romanorum partis erant, adversae factionis hominum fautorumque regis ac Macedonum familias sub corona vendidit. Sane haec quoque Liv. XLII 63, 12 de Thebis narrat, sed cum Thebanos ab initio belli Romanorum societatem amplexos esse constet, hic quoque illum Polybii libro mendoso deceptum suo iure statuit Mommsen". Ditt. His igitur rebus factis Thisbaei a. $^{584}/_{170}$ legatos Romam miserunt, qui de Thisbarum rebus cum senatu agerent. A. d. VII. id. Oct. a senatu impetraverunt, ut quinque viri sibi darentur, quibus res suas exponerent. Pr. id. Oct. senatus ipse de iis rebus, de quibus cum quinque illis egerant, decrevit. Ceterum in hoc altero senatus consulto nomen eius, qui senatum consuluit et loci significatio omissa sunt, quia verisimile est eundem magistratum eodem loco senatum consuluisse. Huius alterius senatus consulti discerni possunt septem capita, quorum primum secundum quartum quintum in complures partes divisa sunt.

4 Tribus nomini Acilii addita videtur, quia illo tempore duo M.' Acilii M.' f. in senatu fuerunt. Novimus M.' Acilium M.' f. Glabrionem cos. a. $^{600}/_{154}$. Etiam Acilii Balbones utebantur M.' praenomine. 17 Verba *ὡσαύτως — αὐτοὶ* putat Mommsen ea de causa posita esse, quia Maenius de rebus Thisbaeorum secundo die senatum ita consuluisset, ut pergere se

νων καὶ προσόδων καὶ περὶ ὁρέων· ἃ αὐτῶν ἐγε‖[γ]όνεισαν, ταῦτα ἡμῶν μὲν ἕνεκεν ἔχειν ἐξεῖναι ἔδο‖ξεν.

περὶ ἀρχῶν καὶ περὶ ἱερῶν καὶ προσόδων, ὅπως αὐτοὶ | [κ]υριεύωσι, περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· | οἵτινες εἰς τὴν φιλίαν τὴν ἡμετέραν (παρεγένοντο) πρὸ τοῦ ἢ Γάιος Λοκρέ|τιος τὸ στρατόπεδον πρὸς τὴν πόλιν Θίσβας προσήγα|γεν, ὅπως οὗτοι ἔτη δέκα τ[ὰ] ἔγγιστα κυριεύωσιν. ἔδοξε. ‖

περὶ χώρας οἰκιῶν καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς· οὗ ποτέ | τι αὐτῶν γέγονεν, ὅπως [τὰ] ἑαυτῶν αὐτοῖς ἔχειν ἐξῇ | ἔδοξεν.

II. *Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο, ὅπω[ς] | οἱ αὐτόμολοι οἱ ἴδιοι ἐκεῖ φυγάδες ὄντες τὴν ἄκραν αὐτοῖς ὅπως | τειχίσαι ἐξῇ καὶ ἐκεῖ κατοικῶσιν οὗτοι, καθότι ἐνεφάνισαν, οὕ‖τως ἔδοξεν· ὅπως ἐκεῖ κατοικῶσιν καὶ τοῦτο τειχίσωσιν· ἔδο|ξεν.*

τὴν πόλιν τειχίσαι οὐκ ἔδοξεν.

III. *Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ | λόγους ἐποιήσαντο, χρυσίον, ὃ συνήνεγκαν εἰς στέφανον, ὅ|πως εἰς τὸ Καπετώλιον στέφανον κατασκευάσωσιν· τούτοις, καθ‖[ότι]*

quae eorum fuerant, ea per nos quidem iis habere licere censuerunt.

de magistratibus et de delubris reditibusque eorum, ut ea ipsi obtinerent, de ea re ita censuerunt: qui in amicitiam nostram (venerunt), antequam C. Lucretius castra ad oppidum Thisbas admovit, ut ii decem annis proximis obtinerent. Censuere.

de agro et aedibus et bonis suis: cuiuscunque quid eorum fuit, ut sua sibi habere iis liceret censuerunt.

II. Item quod iidem verba fecerunt, ut qui transfugae ipsorum ibi exules essent, castellum iis ut communire liceret et ibi ii habitarent, uti significaverunt, ita censuerunt, ut ibi habitarent et id communirent. Censuere.

oppidum communiri non censuerunt.

III. Item quod iidem verba fecerunt, aurum, quod contulerant in coronam, ut in Capitolio coronam ponerent, iis, uti significaverunt, ut ipsis redderetur, ut eam

---

diceret in actione proximo senatu coepta. Sed vix ita hoc explicari potest. Nam ut ex praescriptis non plenis et ex v. 31 alterius senatus consulti apparet, utrumque senatus consultum excerptum est contractumque ex actis senatus. 18 *λιμένων*: Mommsen attulit Strab. IX p. 411 Cas. *ἐπίνειον ἔχει πετρῶδες περιστερῶν μεστόν*; Steph. Byz. s. v. *καὶ ὁ λιμὴν δὲ τῶν Θισβέων, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος, καὶ τὸ ἐπίνειον περιστερῶν πλῆρες*, quorum utrumque locum ad Apollodori S. C. fere aequalis commentarios in navium catalogum redire constat. Ceterum *προσόδων* hic arte coniungendum cum *λιμένων*, in v. 20 cum *ἱερῶν*. Illa *ὄρη* sunt Heliconis montis saltus.
28 Significantur transfugae Thisbaeorum, qui Romae exulaverant, sed iam domum reverterant, non tota factio Romana. 31 Petiverant igitur eidem, ut urbem sibi communire liceret.

ἐνεφάνισαν, ὅπως αὐτοῖς ἀποδοθῇ, ὅ[πως] τοῦτον τὸν στέφανον εἰς || [τὸ] Καπετώλιον κατασκευάσωσιν, οὕτως ἀποδοῦναι ἔδοξεν.

IV. *Ὡσαύ|[τ]ως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο ἀνθρώπους, οἵτινες ὑπενα[ν-|τί]α τοῖς δημοσίοις πράγμασι τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς ἑαυτῶν εἰσιν, ||[ὅπ]ως οὗτοι κατέχωνται· περὶ τούτου τοῦ πράγματος, καθὼς ἂν Κοίν||[τω]ι Μαινίωι στρατηγῶι ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων καὶ τῆς ἰδίας πί||[σ]τεως δοκῇ, οὕτως ποιεῖν ἔδοξεν.*

οἵτινες εἰς ἄλλας πόλεις ἀ|πήλθοσαν καὶ οὐχὶ πρὸς τὸν παρ' ἡμῶν στρατηγὸν παρεγένοντο, ὅπως | μὴ εἰς τάξιν καταπορεύωνται· περὶ τούτου τοῦ πράγματος πρὸς Αὖλον | [Ὀ]στίλιον ὕπατον γράμματα ἀποστεῖλαι ἔδοξεν, ὅπως περὶ τούτου τῆι δι|[αν]οίαι προσέχηι, καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων καὶ || [τ]ῆς ἰδίας πίστεως φαίνηται· ἔδοξεν. |

V. *Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο περ[ὶ | τ]ῶν δικῶν Ξενοπίθιδος καὶ Μνάσιδος, ὅπως ἐκ Χαλκίδος ἀφεθῶσι | καὶ Δαμοκρίτα Διονυσίου ἐχ Θη-*

coronam in Capitolio ponerent, ita reddi censuerunt.

IV. Item quod iidem verba fecerunt homines, qui adversus rempublicam nostram ipsorumque essent, ut ii detinerentur, de ea re, uti Q. Maenio praetori e republica fideque sua videretur, ita fieri censuerunt;

qui in alia oppida abierunt neque ad praetorem a nobis missum adfuerunt, ut ne in ordinem regrederentur, de ea re ad A. Hostilium consulem litteras dari censuerunt, ut de ea re animadverteret, uti ipsi e re publica fideque sua videretur. Censuere.

V. Item quod iidem verba fecerunt de causis Xenopithidis et Mnasidis, ut Chalcide dimitterentur, et Damocrita Dionysii filia Thebis itidem, de iis civitatibus

---

35 Ante bellum aurum, qui cum Romanis faciebant, contulerant, sed priusquam corona dedicaretur, compulsi erant. Bello finito Romani aurum, quod publicum populi Romani factum erat Thisbis captis, ea condicione reddunt, ut corona nunc Iovi Capitolino dedicetur.

46 Res harum mulierum obscura. Schmidt putavit eas lites cum intenderent civitati Thisbaeorum, pecunia corrupisse C. Lucretium praetorem eumque Chalcidenses Thebanosque iussisse illas benigne recipere. Quare senatum precibus Thisbaeorum morem gerere, cum mulieres Thebis et Chalcide expelli neque vero Thisbas redire iuberet. Sed recte monet Ditt. *ἀφεῖναι* esse 'abire sinere', non 'abire iubere'. Ante omnia secernenda sunt ea accusatio C. Lucretii (v. 50 sqq.) et illae causae mulierum. Causae illae vero non sunt inter illas mulieres et Thisbaeos, sed mulieres videntur a Romanis accusatae et Chalcide Thebisque retentae esse. Thisbaei autem a senatu impetrant, ut illae mulieres ex illis oppidis dimittantur, sed Thisbas redire vetentur, nescio utrum invitis Thisbaeis ipsis necne. C. Lucretius incertum an accusatione illarum mulierum impedire voluerit, ne ipsius animus venalis cognosceretur. Ceterum *ὑδρίας* illas non credendum est fuisse urceos aquarios, quibus mulieres argentum occuluissent, ut Schmidt explicat (Mittheil. IV p. 246), sed continebant, ut *σταμνοι* templi Apollinis Deliaci (cf. Bull. de corr. hellén. VI p. 6), ut aula Plauti, urna Horatii (sat. II 6, 10) argentum ex usu Graecorum, cf. Schol. ad Aristoph. aves 602: *ἐν ὑδρίαις γὰρ ἔκειντο οἱ θησαυροί.*

βῶν αὐτά, περὶ τούτων τῶν πόλε|ων ἀφεῖναι ἔδοξεν καὶ ὅπως εἰς Θίσβας μὴ κατέλθωσιν. ἔδοξεν.||

[Ὡ]σαύτως περὶ οὗ ταύτας τὰς γυναῖκας ὑδρίας σὺν ἀργυρίω[ι | εἰ]ς τὸν στρατηγὸν ἐνενκεῖν εἴπασαν, περὶ τούτου τοῦ πράγ[μα|το]ς ὕστερον ἔναντι Γαίου Λοκρετίου βουλεύσασθαι ἔδοξεν. |

VI. *Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ Θισβεῖς ἐνεφάνισαν περὶ σίτου καὶ ἐλ[αί]|ου ἑαυτοῖς κοινωνίαν πρὸς Γναῖον Πανδοσῖνον γεγονέναι, περὶ τού|[του] τοῦ πράγματος, [ἐ]ὰν κριτὰς λαβεῖν βούλωνται, τούτοις κριτὰς δο[ῦ]|ναι ἔδοξεν.*

VII. *Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο περὶ τοῦ | γράμματα δοῦναι Θισβεῦσιν εἰς Αἰτωλίαν καὶ Φωκίδα· περὶ τούτου | τοῦ πράγματος Θισβεῦσι καὶ Κορωνεῦσιν εἰς Αἰτωλίαν καὶ Φωκί|δα καὶ ἐάν που εἰς ἄλλας πόλεις βούλωνται, γράμματα φιλάν|θρωπα δοῦναι ἔδοξεν.*

dimittendas esse censuerunt et ut Thisbas ne redirent. Censuere.

item quod eas mulieres urnas cum pecunia ad praetorem tulisse dixerunt, de ea re posthac coram C. Lucretio deliberandum esse censuerunt.

VI. Item quod iidem Thisbaei significaverunt de frumento et oleo sibi societatem cum Gnaeo Pandosino fuisse, de ea re si iudices accipere vellent, iis iudices dandos esse censuerunt.

VII. Item quod iidem verba fecerunt de litteris dandis Thisbaeis in Aetoliam et Phocidem, de ea re Thisbaeis et Coronaeis in Aetoliam et Phocidem et si quo ad alias civitates vellent, litteras benignas dandas esse censuerunt.

---

48 *αὐτά* pro *τὰ αὐτά* scriptum esse mihi persuasit Schmidt, sed mendose est scriptum. Similiter in v. 36 *ὑπεναντία* pro *τὰ ὑπεναντία*. R. Hercher apud Mommsenum scripsit (*κατὰ τ*)*αὐτά*, quod Ditt. recepit. Idem Ditt. corrigendum esse censet: *περὶ τούτων* (*αὐτὰς ἐκ τούτων*) *τῶν πόλεων ἀφεῖναι ἔδοξεν*. Sed si corrigendum esset, corrigerem *περὶ* (*τούτου τοῦ πράγματος αὐτὰς ἐκ*) *τούτων τῶν πόλεων ἀφ. ἔδ.* 51 spatium postulat [*εἰ*]*ς*, haud alienum a sermonis consuetudine. Mommsen ap. Brunsium scripsit [*πρὸ*]*ς*. 54 *Πανδοσῖνος* i. e. ex Pandosia Bruttiorum, non Epiri, ut Mommsen statuit. Gnaeus Pandosinus negotiator Italicus societatem cum Thisbaeis fecerat et videntur ei fundi quidam publici arandi a Thisbaeis traditi esse ea condicione, ut certa pars frumenti et olei Thisbaeorum civitatis esset, cf. Ulpian Dig. 17, 2; 52, 2, Cat. de agricult. 136, 137, Poll. VII 151. 55 [*ἐ*]*ὰν*: in lap. *καν*. 58 Adfuit igitur etiam legatio Coronaeorum illo anno Romae, sed certe alia atque quam Liv. (XLIII 4) anno priore Romae fuisse docet. Iniuria Joh. Schmidt (Hermes XVI p. 155) Livium erroris convincere studet. — Versio latina Mommseni est.

XII.

Titulum edid. B. Latischeff Bull. de corr. hell. VI p. 356—87. Repertus est in marmore incisus in Thessalia haud procul a vico, qui hodie nominatur Limogardi, inter

ruinas oppidi Narthacii, de cuius situ Latich. p. 356—63 disputat. Cf. etiam Willems Le sénat de la rép. Rom. Append. du tome I p. 708—714.

A.

[Στρατα]γέοντος τῶν Θεσσαλῶν Λέοντο[ς]
[τοῦ . . .]ησίππου Λαρισαίου, ἐν δὲ Ναρθακί[ωι]
[ἀρχόντ]ων Κρίτωνος τοῦ Ἀμεινία, Πολυκλέο[ς]
[τοῦ Κυ]δίππου, Γλαυκέτα τοῦ Ἀγελάου ἀν[ε-]
[γράφη] δόγμα τὸ γενόμενον ὑπὸ συγκ[λή-]
[του ἐπὶ σ]τρατηγοῦ τῶν Θεσσαλῶν Θεσσα-
[λοῦ τοῦ] Θρασυμήδεος Φεραίου.
[Γάιος Ὀσ]τίλιος Αὔλου υἱὸς Μανκῖνος στρα-
[τηγὸς τ]ῆι συγκλήτωι συνεβουλεύσατο προ-
[τέραι νω]νῶν Κοιντιλίων ἐγ κομετίωι· γραφο-
[μένωι π]αρῆσαν Κόιντος (Σ)τατιλιηνὸς Κοίντο[υ]
[υἱὸς Κορ]νηλία, Γναῖος Λοτάτιος Γναίου υἱ-
[ὸς Α..ήν]ση, Αὖλος Σεμπρώνιος Αὔλου υἱὸς Φα-
[λέρνα.] Περὶ ὧν Θεσσαλοὶ Μελιταιεῖς Ἁρμό-
[ξενος Λυ]σάνδρου, Λαμπρόμαχος Πολίτα
[πρεσβευ]ταὶ λόγους ἐποιήσαντο ἄνδρες κα-
[λοὶ κἀγα]θοὶ καὶ φίλοι παρὰ δήμου καλοῦ
[κἀγαθο]ῦ καὶ φίλου συμμάχου, χάριτα
[φιλίαν σ]υμμαχίαν τε ἀνενεώσαντο, πε-
[ρὶ χώρας] δημοσίας καὶ περὶ χωρίου ἐρήμου
[εἴπασαν], μεθ' ἧς χώρας εἰς τὴμ φιλίαν τοῦ
[δήμου τ]οῦ Ῥωμαίων παρεγένοντο, ἣγ χώ-
[ραν Ναρθα]κιεῖς μετὰ ταῦτα ἑαυτῶν ἀδίκως
[ἐποιήσαντ]ο, περὶ τούτου τοῦ πράγματος ὅπως
[τὴν διάνοι]αν πρό(σ)σχωσιν, ὅπως τοῦτο τὸ πρᾶ-

C. Hostilius A. f. Mancinus praetor senatum consuluit pr. Non. Quint. in comitio. Scribundo adfuerunt Q. Statilienus Q. f. Corn., Cn. Lutatius Cn. f. A.., A. Sempronius A. f. Fal. Quod Thessali Melitaeenses Harmoxenus Lysandri f., Lampromachus Politae f. legati verba fecerunt viri boni et amici populi boni et amici socii, gratiam amicitiam societatemque renovaverunt, de agro publico et de loco deserto dixerunt, quo cum agro in amicitiam populi Romani venerant, quem agrum Narthacienses postea suum iniuria fecerant, de ea re uti animum ad-

---

Leon et Thessalus cum non sint inter strategos Thessalorum usque ad a. $^{575}/_{179}$, quorum nomina apud Eusebium tradita sunt, cumque Livius inter praetores a. $^{575}/_{179}$—$^{587}/_{167}$ C. Hostilium A. f. Mancinum non adferat, titulum necesse est post a. $^{587}/_{167}$ compositum esse. Itaque C. Hostilius A. f. intellegendus esse videtur cos. a. $^{637}/_{117}$, qui quo anno praetor fuerit, non constat. Sed Melitaeenses et Narthacienses cum liberi sint, titulus certe ante a. $^{608}/_{146}$ conscriptus est, intra annos fere $^{604}/_{150}$ et $^{608}/_{146}$. Egerunt Melitaeenses et Narthacienses de agro quodam publico et loco deserto, de quibus iam saepe antea certaverant.

2 Latich. scripsit [*Ἀγ*]*ησίππου*, sed fuisse etiam potest [*Γν*]*ησίππου*, [*Κλ*]*ησίππου*, est vero *στρατηγὸς τοῦ κοινοῦ τῶν Θεσσαλῶν*, ceteri *στρατηγοὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Ναρθακιέων*.
4 vix *Φειδίππου* ibi fuit, cum duae litterae videantur evanuisse. 11 emendavit U. de Wilamowitz. 18 Fortasse excidit *τε* post *συμμάχου*. 21 Latich. [*διελέγησαν*], quod lacunae spatium excedit. Scripsi monente U. de Wilamowitzio [*εἴπασαν*].

[γμα ὑπὸ 'Ρωμαί]ων? αὐτοῖς ἀποκατασταθῇ, οὕτω
[καθὼς πρότερο]ν ἐπὶ Μηδείωι καὶ ἐπὶ Θεσσαλῶν
[. . . . .]ων καὶ ἐπὶ τῶν περὶ Πύλλον Μακ[ε-]
[δόνων κεκρι]μένον αὐτοῖς ἦν, ταῦτά τε τὰ κ[ρί-]
[ματα κύρια αὐτοῖ]ς ᾖ, περὶ τούτου τοῦ πράγμα-
[τος . . . . . .] ἱησεν ἡμῖν καὶ Ναρθακιεῦσιν
[. . . . . . κατ]ὰ τὸν παρόντα κρινη εμ . . . . . .
[. . . . . ἐ]ν ταύτη[ι] τῆι χώρα[ι. . . . . . .]
. . . . τῶν δήμων . ε . . . .
. . . . ἐστίν, ὧι ῥα . . . .

verterent, ut ea res a Romanis? ipsis restitueretur ita, uti prius apud Medium et apud Thessalos . . . . et apud Pyllum Macedonem iudicatum ipsis erat, eaque iudicia ipsis valerent, de ea re . . . .

B.

ΙΗΙΙΙΝΗ [Καὶ περὶ ὧν Θεσσαλοὶ]
[Ναρθακιεῖς Ν]ικάτας Τα . . . .
[. . . . πρεσβε]υταὶ λόγο[υς] ἐπ[οιήσαντο κατὰ]
[πρόσωπον ἐν τῆι] συγκλήτ[ωι ἄνδρες καλοὶ]
[κἀγ]αθοὶ καὶ φίλοι παρὰ δήμο[υ καλοῦ κἀγα-]
[θοῦ κα]ὶ φίλ[ου συμμάχου τε ἡμετέρου, χά-]
[ριτα φι]λίαν συ[μμαχίαν τε ἀνενεώσαντο καὶ]
[περὶ τῶν πραγ]μάτω[ν τῶν καθ' αὑτοὺς διελέ-]
[γ]ησαν, περὶ χώρας [καὶ ἱερῶν . . . . . .]τ . .
ἀφ[η]ρῆ[σθαι] τ[. . . Μελιτ]α[ι]έας ἀρχῆς Ναρ-
θακιέ[ων] ἐν . η . . . . τα . . . . μετὰ τα[ύτης]
τ[ῆ]ς χώρας εἰς τὴ[μ φ]ιλία[ν] τ[οῦ δή]μου [τοῦ 'Ρω-]
[μ]αίω[ν] Ναρθακιεῖς παραγ[εγονέν]αι [κ]αὶ περὶ

Et quod Thessali Narthacienses Nicatas Ta . . . . legati verba fecerunt coram senatu viri boni et amici populi boni et amici socii que nostri, gratiam amicitiam societatemque renovaverunt et de rebus ad se pertinentibus egerunt de agro et sacris . . . . Melitaeenses . . . . cum eo agro in amicitiam populi Romani Narthacienses venisse et de agro

---

26 in lap. est 'ΩΝ. 27 Melitaeenses igitur dicunt, ut ipsi quoque Narthacienses, se cum illis agris in amicitiam Romanorum venisse, agros sibi iam prius addictos esse a Medio, qui videtur e gente dynastarum urbis Larissae fuisse (Diod. XIV 82 *Μήδιον* commemorat, qui a. 395 a. Chr. particeps fuit foederis contra Lacedaemonios), deinde a Thessalis nescio quibus, postremo ab iis qui vocantur *οἱ περὶ Πύλλον Μακεδόνες*; hi qui sint, incertum est. Sed de ipso nomine *Πύλλου* Latich. dubitare non debuit, cum etiam in nummis Arpinis (Mionnet Descr. d. méd. ant. grecques et rom. suppl. I p. 261 n. 434) et Salapinis (ibid. I p. 133 n. 332, p. 134 n. 333, supl. I p. 268 n. 485) inveniatur. Ab altera parte hoc titulo docemur Iapyges non, ut Helbig voluit (Hermes XI p. 289), nomen *Πύλλου* i. e. Pauli a Latinis accepisse, sed fuisse illud nomen Iapygibus, qui ex Dalmatia in Italiam migraverunt, et Macedonibus commune. 28 Latich. scripsit [*αὐτονομουμένων*]ων, quod huic loco vix aptum, cum eo ipso tempore, quo senatus consultum factum est, Thessali suis legibus utantur. Mihi videtur verisimillimum nomen Thessalorum, qui iudicaverunt, excidisse. 33 *ταύτηι*: utrum ι mutum in lap. fuerit necne, dubium est. Certe lacuna ibi est. Latich.

B 4 post *συγκλήτ[ωι* Latich. lacunam statuit et deinde scripsit [*ἄνδρες κα-*], sed cum in v. 4 addiderim syllabam *λοι*, lacuna delenda est, quia v. hic, ut ceteri, 33 litteras ita continet. 5 *κἀγα* et *χα* in fine versuum adscripsi. 8 [*καὶ*] | [*περὶ τῶν πραγ]μάτω[ν τῶν καθ' αὑτούς*] supplevi. 9 et 10 suppl. U. de Wilamowitz. 10 in lap. Α . ΓΛΣ.

τῆς χώρας καὶ [τῶν] ἱερῶν κ[αὶ] τ[ρὶς νεν]ικη[κέ-] ναι κατὰ νόμους τοὺς Θεσ[σ]α[λῶ]ν, οἷς [νό-] μοις ἕως τὰ [νῦν] χρῶν[τ]αι, ο[ὓ]ς ν[όμ]ους Τίτος Κοίγκτιος ὕ[πα]τος ἀπὸ τῆς τ[ῶν] δέκα πρεσ- [β]ευτῶν γνώ[μ]ης ἔδωκ[εν κ]αὶ κατὰ δόγμα συγκλήτου, περί τε τού[των] τ[ῶν] π[ρ]α[γ]μά- [τω]ν ἔτει ἀνώτερον τρί[τωι ἐ]πὶ τρι[ῶ]ν δ[ι]κασ- [τη]ρίων νενικηκέν[α]ι, ἐπὶ Σ[α]μίων, Κολο[φ]ων[ί-] [ων], Μαγνήτων, κεκ[ρι]μένα εἶναι κατ[ὰ] νόμου[ς], ὅπως ταῦτα κύρια ᾖ, οὕτως καθὼς καὶ [ἄ]λλοις γεγονός ἐστιν· περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· χάριτα φιλίαν συμμαχίαν [ἀ]νανεώσασθαι τούτοις τε φιλανθρώπως ἀ- [π]οκριθῆναι, ἄνδρας καλοὺς κἀγαθοὺς προσ- αγορεῦσαι· ὅσα κεκριμένα ἐστὶν κατὰ νόμους, οὓς Τίτος Κοίγκτιος ὕπατος ἔδωκεν, ταῦτα κα- θὼς κεκριμένα ἐστίν, οὕτω δοκεῖ κύρια εἶναι δεῖν· τοῦτό τε μὴ εὐχερὲς εἶναι, ὅσα κατὰ νόμους κε- κριμένα ἐστίν, ἄκ[υ]ρα ποιεῖν· ξένιά τε ἑκατέροις Γάι- ος Ὁστίλιος στρατηγὸς τὸν ταμίαν δοῦναι κε- [λ]εύσῃ ἀπὸ σηστερτίων νόμων ἑκατὸν εἴκοσι [πέν]τε εἰς ἑκάστην πρεσβείαν, οὕτω καθὼς ἂν [αὐτῶι ἐκ] τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστε- [ώς τε τῆς] ἰδίας φαίνηται. ἔδοξεν.

et sacris etiam ter vicisse ex legibus Thessalorum, quibus legibus etiam nunc uterentur, quas leges T. Quinctius consul e decem legatorum sententia dedisset et ex senatus consulto, eisque de rebus anno antea tertio in tribus iudiciis vicisse apud Samios, Colophonios, Magnetas, iudicata esse e legibus uti haec valerent, ita uti etiam aliis factum est: de ea re ita censuerunt: gratiam amicitiam societatem renovare eisque benigne respondere, viros bonos appellare; quae iudicata sunt ex legibus, quas T. Quinctius consul dedit, ea uti iudicata sunt, ita placet rata esse oportere; idque haud facile esse, quae ex legibus iudicata essent, irrita facere; muneraque utrisque C. Hostilius praetor quaestorem dare iuberet HS nummum CXXV in utramque legationem ita uti ei e republica fideque sua videretur. Censuere.

---

14 in lap. K . . TH . . . .: κ[αὶ] τ[ρὶς] emendavit U. de Wilamowitz. 18 De illo senatus consulto, ex quo decem legati ad T. Quinctium in Graeciam missi sunt, non licet cogitare (cf. Liv. XXXIII 24). Attamen iniuria Latich. verba κατὰ δόγμα συγκλήτου ad νενικηκέναι refert. Nam fieri vix potuit, ut iam ante hoc senatus consultum statim post Flaminini iudicium senatus consultum fieret (scil. Melitaeensibus petentibus senatumque adeuntibus). Hoc enim si ita esset, Melitaeenses non iterum senatum multis annis post adiissent. Itaque iungenda sunt verba ἀπὸ τῆς τ. δ. πρεσβ. γνώμης et κατὰ δόγμα συγκλήτου, scil. ex eius senatus consulto, quo quae Flamininus constituerat e decem legatorum sententia, confirmata sunt (cf. Liv. XXXIV 57, 1). 20 Tertio anno ante hoc senatus consultum iudicium factum erat a Samiis, Colophoniis, Magnetibus, qui cum omnes uno eodemque anno iudicaverint, aliquo modo unum iudicium effecisse videntur. Qua de causa propter vicinitatem intellego Magnetas ad Maeandrum. — Versio est Laticheffii.

XIII.

Lapidis fragmentum, quod cum aliis lapidibus ad eandem rem pertinentibus parietis cellae in templo Minervae partem apud Prienenses efficiebat, edid. Boeckh C. J. G. II 2905

G, Lebas et Waddington Voy. arch. III 199, Hicks ipso lapide, qui nunc in museo Britannico servatur, recognito Collection of anc. greek inscr. in the Brit. mus. III 1 CCCCIV. Cum superior et inferior margo lapidis servati sint cumque v. 11 in integro superiore margine eius lapidis, quo titulus qui sequitur XIV continetur, ita legatur, ut propter nexum sententiarum et propter lacunarum spatia apte se ad hoc fragmentum applicet, hoc senatus consultum antecessisse ratus in lapidum ordine ei quod sequitur, illum versum huic senatusconsulto addidi, cuius finem efficiebat. Hicks igitur p. 7 CCCCIV ponere debuit iuxta CCCCIIIx, supra CCCCIIIy—CCCCVa I et II.

. . . ἐ]στίν· καὶ περ[ὶ ὧν Σά-
[μιοι . . . . πρεσβευταὶ λόγους ἐποιήσαντο ἄνδρες καλοὶ καὶ] ἀγαθοὶ καὶ φί-
λοι πα[ρὰ δή-]
[μου καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου, χάριτα φιλίαν συμμαχί]αν τε ἀνενεώσαντο . . . . . .
. . . . . ἐληλυ]θέναι εἰς ἐκείνην τὴν χώραν . . .
. . . . . ωσιν καὶ ὅσα κριτήρια κεκριμένα εἰς
. . . . . εώθη καὶ φιλανθρώπως τε αὐτοῖς ἀποκρι-
[θῆναι . . . . το]σαῦτα ἔτη κατέχειν ἐκείνης τῆς χώρας
[. . . . . κ]εκρίκασιν, οὕτως δοκεῖ δεῖν εἶναι· εἰ δέ τί ἐστιν
. . . . ονου ἐστίν, οὕτω φαίνεται δεῖν εἶναι· ξένιά τε αὐτ[οῖς]

Continetur hoc fragmento senatus consultum, quod cum multis aliis titulis eodem loco repertis pertinet ad Samiorum et Prienensium controversiam, de agro quodam, de quo saepe iudicatum erat (cf. v. 4, 5, 7, 8). Ille ager enim in continente terra prope Prienen situs, cuius complures partes in titulis distinguuntur, ut cetera quae Hicks p. 1 sqq. copiose explicare studet omittam, a Rhodiis Prienensibus adiudicatus erat (cf. Hicks inscr. in the Brit. mus. III 1 CCCCIII). Quae sententia Rhodiorum, ut ex tit. qui sequitur XIV compertum habemus, rescissa est a. Cn. Manlio Volsone cos. a. $^{565}/_{189}$ (cf. ad tit. III), qui illos agros a. $^{566}/_{188}$ Samiis dedit. Ratio autem quae inter hunc titulum et titulum XIV intercedit, videtur haec esse: Quinquaginta fere annis post Manlii iudicium Prienenses senatum adierunt, ut sibi agri redderentur, quos ipsis Rhodii adiudicavissent et senatus censuit, ut Samii, qui ipsi quoque legatos Romam miserant (cf. v. 10), eos redderent (tit. XIII). Neque vero in hoc senatus consulto Samii acquieverunt, sed anno post, ut videtur, iterum legatos Romam miserunt, qui ad Cn. Manlii sententiam provocaverunt. Sed iterum senatus Manlii sententia, quippe cuius animum venalem fuisse Livius (XXXVIII 42, 11) tradit, improbata Rhodiorum arbitrium servari aequum esse censuit (tit. XIV). Ita si res se habet, cum titulus XIV a. $^{619}/_{135}$ conscriptus sit, titulus de quo agitur fortasse a. $^{618}/_{136}$ tribuendus est. Similiter Itanii et Hierapytnii per breve temporis spatium ter de eadem re, cum in sententiis Romanorum acquiescere nollent, senatum adierunt (cf. C. I. G. II add. 2561b et quae in Genethliac. Gotting. p. 54 de illo titulo disputavi).

Versuum longitudo cognoscitur ex v. 3. Pro supplementis Hicksii restitui in v. 2, 3, 10, 11 legitimam senatusconsultorum dicendi rationem. 1 *Σάμιοι* hoc loco scribendum est, non *Πριηνεῖς*, quod Hicks posuit. Nam cum Prienenses senatum adiissent contra Samios, primum illi deinde hi verba fecerunt. 6 [*ἀνεν*]*εώθη* suppl. Hicks, sed dubium est. 8 [*καθὼς οἱ Ῥόδιοι κ*]*εκρίκασιν*? 9 Hicks *αὐτ*|[*οῖς*].

[nom. eius qui senat. cons. *τὸν ταμίαν ἀποστεῖλαι κελεύσῃ ἕως ἀπὸ νό]μων σηστερτίων ἑκατὸν εἴκοσι πέντε καθ' ἑκάστην [πρεσβείαν οὕτως], καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ τ[ῶν δημοσίων πραγμάτων φ]αίνηται. ἔδοξεν.*

XIV.

Quattuor sunt lapidum Prienensium fragmenta eodem loco, quo tit. XIII, reperta. Partem edid. Chandler Syll. Inscr. p. VII, deinde Boeckh C. I. G. II 2095, omnia fragmenta Lebas et Waddington Voy. arch. III 195—198, repetivit Ditt. Syll. 241. Fragmentorum illorum nonnullis reliquiis, quae servantur in museo Britannico, denuo recognitis edid. titulum Hicks Coll. of anc. gr. inscr. in the Brit. mus. III 1 CCCCV.

Δόγμα τὸ κομισθὲν παρὰ τῆς συν[κλήτου ὑπὸ] τῶν ἀποσταλέντων πρεσβευτῶν ὑπὲρ τῶν πρὸς Σαμίους.| Σέρουιος Φόλουιος Κοίντου υἱὸς στ[ρατηγὸς ὕ]πατος τῆι συγκλήτωι συνεβουλεύσατο ἐγ κομετίωι πρὸ ἡμε|ρῶν πέντε εἰδυιῶν Φεβροαρίων· γραφομ[ένωι παρ]ῆσαν Λεύκιος Τρεμήλιος Γναίου Καμελλία, Γάιος Ἄννιος Γαίου | Καμελλία, Λεύκιος Ἄννιος Λευκίου Πο[λλία. πε]ρὶ ὧν Σάμιοι πρεσβευταὶ Τηλέμαχος Μάτρωνος, Λέων Λέοντος ‖ ἄνδρες κα[λοὶ κ]αὶ ἀγαθοὶ καὶ φίλοι παρὰ δήμο[υ καλοῦ] καὶ ἀγαθοῦ καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου λόγους ἐποιήσαντο | κατὰ πρόσ[σ]ωπον πρὸς Πριην[ε]ῖς π[ερὶ χ]ώρας [καὶ ὁρίων, ὅπως ὦσιν], καθὼς Γναῖο<ι>ς Μάνλιος καὶ οἱ δέκα πρεσβευταὶ διέταξαν | [μετὰ τὸν πρὸς Ἀντίοχον πόλεμον· καὶ περὶ ὧν Πριηνεῖς πρεσβευταὶ . . . . ρους, Ἀναξι . . . . . . ς | Ζηνόδοτος Ἀρ[. . . . . . ἄ]νδρες καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ καὶ φίλοι π[αρὰ δήμου κα]λοῦ καὶ ἀγ[αθοῦ] συμμάχου τε [ἡμετέρου] | λόγους ἐποιήσα[ντο κατ]ὰ πρόσω[πον πρ]ὸς Σαμίου[ς] περὶ

Ser. Fulvius Q. f. consul senatum consuluit in comitio a. d. V. id. Febr. Scribundo adfuerunt L. Tremelius Cn. f. Camil., C. Annius C. f. Camil., L. Annius L. f. Pol. Quod Samii legati Telemachus Matronis f., Leon Leontis f. viri boni et amici populi boni et amici sociique nostri verba fecerunt coram contra Prienenses de agro et finibus ut sint, uti Cn. Manlius et decem legati constituerant post bellum contra Antiochum et quod Prienenses legati . . . . . . Anaxi . . . . Zenodotus Ar . . . . . . viri boni et amici populi boni sociique nostri verba fecerunt coram contra Samios de agro et de finibus ut ita sint, uti populus Rhodiorum utrisque

---

Ser Fulvius Flaccus consul fuit a. 619/135. Rem, de qua agitur, exposui ad tit. XIII.

1 *Ῥωμαίων*, quod ceteri posuerunt post *συν[κλήτου*, spatii causa del. U. de Wilamowitz. 2 Wadd. *Σ[τελλατῖνα ὕ]πατος*. Sed cum tribus non addatur ad magistratum, qui senatum consulit, iure Mommsen Eph. epigr. I 223 not. 2 restituit *στ[ρατηγὸς ὕ]πατος*. Non obstat quod in v. 18 solum *ὕπατος* legitur. 4 *Πο[λλία]* suppl. Hicks. 6 Suppl. Wadd. 7 idem suppl. 8 *Ἀρ[ιστάρχου]* Wadd. et Ditt. sine omni probabilitate. 9 *πρ]ὸς*: Lebasii apogr. hab. ΙΟΣ.

χώρας καὶ περὶ ὁρίων, ὅπως οὕτω[ς ὦ]σιν, καθὼς ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων | ἑκατέρων θελόν[τ]ων ἔκρινεν· περὶ τούτου τοῦ πράγματο[ς ἀποκρι]θῆναι οὕ[τ]ως ἔδοξεν· ἡμῖν οὐκ εὐχερὲς εἶναι ἐστίν μετα|θεῖναι, ὃ ὁ δῆμος ὁ Ῥοδίων ἑκατέρων θελόντων κέκρι[κε κ]αὶ ὁρ[ισμὸν] πεπόνηται, τοῦ μ[ὴ] τούτωι τῶι κρίματι καὶ τούτοις τοῖς ὁρίοις | ἐμμείνωσιν· τ[ούτ]ωι τε τῶι κρίματι καὶ του[τοις τοῖς ὁρίοις ἐμμένει]ν ἔδοξεν· τούτοις τε ξένιον εἰς ἑκάστην πρεσβείαν ἕως | ἀπὸ σηστερτίων νόμων ἑκατὸν εἴκοσι [Σέρουιος Φ]όλυιος Κοίντου ὕπατος τὸν ταμίαν ἀποστεῖλαι κε[λεύσῃ, οὕτως] | καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ [τ]ῶν δημοσίων πραγμάτων [πίστεώς] τε [τῆς ἰδίας φαίνηται.] ἔδοξεν.

volentibus iudicavit, de ea re respondere ita censuere: nobis non facile est mutare, quod populus Rhodiorum utrisque volentibus iudicavit et conditionem posuit, ut ne in eo iudicio et eis finibus permanerent inque eo iudicio et eis finibus permanere censuerunt; eisque munus in utramque legationem ad HS nummum CXX Ser. Fulvius consul quaestorem mittere iuberet, ita uti ei e republica fideque sua esse videretur. Censuere.

---

10 *οὕτως:* Lebasii apogr. hab. *ουπως.* *εἶναι ἐστίν:* quadratarius *εἶναι* per *ἐστίν* correxit.
11 *μετα|θεῖναι, ὃ ὁ. δ.* primus Hicks legit. *τοῦ μ[ὴ] . . . ἐμμείνωσιν:* Wadd. scripsit pro *τοῦ διὸ*, quod Ditt. recte monuit ferri non posse cum propter coniunctivum, tum propter sententiam. Ipse restituit *ἵνα;* sed etiam hoc nimis violenter factum est. Verum videtur Wadd. vidisse cum diceret constructiones duas esse confusas: *τοῦ μ[ὴ] . . . ἐμμένειν* et *ἵνα* vel ut ipse falso posuit, *ὅτι μ[ὴ] . . . ἐμμείνωσιν*, cf. C. I. G. III 4896 C 11—12 *συμβαίνει κινδυνεύειν ἡμᾶς τοῦ μὴ ἔχειν τὰ νομιζόμενα.* 13 Wadd. suppl. *κελεύσῃ καὶ πράξῃ*, quod Ditt. ratus contra sermonis usum esse, mutavit in *κελευσάτω καὶ πραξάτω. κελεύσῃ* vero est coniunctivus latinus, cf. XII B 34, imperativus autem alienus ab his decretis. *πράξῃ* vel *πραξάτω* delevi et scripsi *κε[λεύσῃ οὕτως] | καθὼς* eqs., cf. XII B 35. Sine causa Hicks *οὕτως* omisit. 15 Leb. apogr. lacunas falso indicat. Wadd., quem Hicks temere sequitur, suppl. *πραγμάτων [βέλτιστα φαίνηται]. ἔδοξεν.* Ditt. *πραγμάτων [καὶ τῆς ἰδίας πίσ]τε[ως φαίνηται]. ἔδοξεν.*

XV.

Lapidem repertum „*ἐν τῶι τοίχωι δεξαμενῆς κειμένης ἐντὸς τοῦ κήπου τοῦ Ἀλῆ Καβάση ἐν τῶι νῦν Ἀδραμυττείωι*" edid. G. Earinos in nonnullis ephemeridibus urbis Smyrnae, deinde Th. Homolle Bull. de corr. hell. II p. 128 eqs.; ex chartaceo descripto ad ectypum a Papadopulo Kerameo Th. Mommsen Eph. epigr. IV p. 213 eqs. Cf. etiam Bull. de corr. hell. IV p. 376, VI p. 374, IX p. 401. Denuo edid. tit. Willems Le sénat de la rép. Rom. Append. du tome I p. 693 eqs.

. . . . *[στρ]ατ[ηγ]ὸν | [πρὸ ἡμερῶν τρι]ῶν καλανδῶν | [Φεβροαρίων? ἐν]*

. . . . praetorem a. d. III Kal. Febr.? in comitio cum consilio cognovisse

---

Mommsen decretum a. fere $^{632}/_{122}$—$^{634}/_{120}$ scriptum esse coniecit ex nominibus C. Sempronii C. f. Falerna (v. 32) et M.' Lucilii M. f. Pomentina (v. 24), quae nomina in senatus

κομετίω μετὰ | [συμβουλίου ἐ]πεγνωκότα δό‖[γματι συγκλή]του περὶ χώρας, ἥ|[τις ἐν ἀντι]λογία ἐστὶν δημοσιώ|[ναις πρὸς] Περγαμηνούς· ἐν τῶι | [συμβουλ]ίω παρῆσαν Κόιντος Και‖[κέλιος Κ]οίντου υἱὸς Ἀνιήνσης, Γάι‖[ος Φλάου]ιος Γαίου υἱὸς Με[ν]ηνία, Μά[αρκος] Πούπιος Μαάρκου Σκαπ(τ)ία, Γά|[ιος Κο]ρνήλιος Μαάρκου Στηλατεί|[να, Λε]ύκιος Μέμιος Γαίου Με[ν]η|[νία Κ]όιντος Οὐάλγιος Μαάρκου ‖ [. . . .]ία, Λεύκιος Ἰούλιος Σέξτο[υ| . . . .]να, Γάιος Κοίλιος Γαίου Αἰμυ‖[λία, Π]όπλιος Ἄλβιος Ποπλίου Κυρε[ί]να, Μά]αρκος Κοσκώνιος Μαάρκου | [Τηρ]ητείνα, Πόπλιος Γέσσιος ‖ [Πο]πλίου Ἀρνήνσης, Λεύκιος Ἀφε‖[ίνι]ος Λευκίου (Ὠ)φεντεῖνα, Γάιος Ῥού|βριος Γαίου Ποπ[λι]λία, Γάιος Λικίνιος | Γαίο(υ) Τηρητεῖνα, Μάαρκος Φαλέριος | Μαάρκου Κλαυδία, Μάνιος Λευκέ‖λιος Μαάρκου Πωμεντεῖνα, Λεύ|κιος Φίλιος Λευκί[ου Σαβ]ατεῖνα, Γάιο[ς] | Δίδιος Γαίου Κυρ[εῖνα], Κόιντος Κλαύ‖[δ]ιος Ἀππίου Πολλία, Λεύκιος Ἀνότιος Γαίου Μεν[η]νία, Σπ[όρ]ιος Καρο‖υίλιος Λευκίου Σα[βα]τεῖνα, Πόπλ[ι]‖ος Σείλιος Λευκίου Γαλερία, Γάιος | Ἄννιος Γαίου Ἀρνήνσης, Γάιος Σεμπρ[ώ|ν]ιος Γαίου Φαλέρνα, Γναῖος Ὀκτάυιο[ς | Λ]ευκίου Αἰμυλία, Μάαρκος Ἀππολή‖ος Μαάρκου Καμιλλία, Λεύκιος Ἀφείνι|ος Λευκίου Λεμωνία, Γάιος Νούτιος | Κοίντου Οὐετυρία, Γάιος Νεμετώ|ριος Γαίου Λεμωνία, Λεύκιος Κορνήλ[ι]‖ος Μαάρκου Ῥωμυλία, Γναῖος Πομπή[ι]‖ος Γναίου Κροστομεῖνα, Πόπλιος Πο|[πί]λλιος Ποπλίου Τηρητεῖνα, Λεύκι|[ος . . . .] εισ| . . . . .

senatus consulto de agro, qui in controversia est publicanis contra Pergamenos. Scribundo adfuerunt Q. Caecilius Q. f. An. etc.

---

consulto a. $^{626}/_{128}$ (vel potius $^{621}/_{133}$) apud Jos. Ant. Jud. XIII 9, 2 relato redire existimavit. Sed nimis violenter pro *Λούκιος Μάνιος Λουκίου υἱὸς Μεντινᾶ* scripsit *Μάνιος Λουκίλιος Μάρκου υἱὸς Πωμεντίνα* et ex lege Ritschelii de consonantium geminatione vix id potest colligi, praesertim cum Ritschl dixerit fere constantem esse geminationem consonantium inde ab a. $^{640}/_{114}$. Willems ex C. Coelii C. f. C. n. Caldi (v. 16) nomine probabilius mihi videtur coniecisse decretum hoc inter annos fere $^{656}/_{98}$ et $^{660}/_{94}$ esse factum. Sed certi quidquam dici non potest (cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 967 n. 4). Agebatur autem de controversia publicanorum contra Pergamenos, de qua ex consilii sententia cognitum est. Initium totius epistulae fuit fere hoc: Qui senatum consuluerunt Pergamenis salutem: *εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι· ὑμᾶς εἰδέναι βουλόμεθα κεκρικέναι* nom. praet. eqs.


2 Diem suppl. Mommsen, nisi quod pro Willemsii suppl. *Φεβρουαρίων* scripsit *Ἰανουαρίων*. 4 Suppl. Willems. 5 Willems: *[ἐ]πεγνωκότα δό[γμα συγκλή]του* (Latich. Bull. de corr. hell. VI p. 373 *δό[γμα τὸ γενόμενον ὑπὸ συγκλή]του) περὶ χώρας, ἥ[τε ἐν ἀμφι]λογία ἐστίν, δημοσιώ[ς ἔχειν] Περγαμηνούς*. Sed ad *ἐπιγινώσκειν* refertur res, de qua agitur; cognoscitur ex S. C., cf. XVIII 3 eqs. 30. 34. 64—65, decretum Helvii Agrippae Hermes II p. 103: „causa cognita cognovimus", deinde *δημοσίω[ς]* quid sibi velit, non video. Ea de causa recessi ad Foucarti (Bull. IX p. 401) supplementa *δό[γματι συγκλή]του* et *δημοσιώ[ναις πρὸς] Περγ.* 6 Pro *ἥ[τε]*, quod Willems scripsit, scripsi *ἥτις* eundem secutus Foucartum, quia haec forma sermoni et lacunae convenit; item *[ἀντι]λογία* scripsi comparato tit. XVIII 4. Homolle dedit *[ἀμφι]λογία*. 8 Suppl. Willems. 9 Editores *Και[κίλιος]*, scripsi *Και[κέλιος]*, ut *Λευκέλιος* i. v. 24 legitur, cf. Ditt. Herm. VI p. 189 eqs. 10 suppl. Willems p. 700. in lap. ΜΕΛΙΗΝΙΑ. 21 Ceteri *(Οὐ)φεντεῖνα*, correxi *(Ὠ)φεντεῖνα*. 22 in lap. *Ποπιλλία*. 29 in lap. *Μενενία*.

XVI.

Apud vicum, qui hodie appellatur Léina, loco veterum Laginorum in Caria inter ruinas templi Hecates (Strab. XIV 2, 25) inscriptiones repertae sunt, quarum maior pars pertinet ad senatus consultum de Stratonicensium oppido factum. Fragmenta quaedam edid. Newton Halicarnassus, Cnidos and Branchidae II p. 795 (frg. E), Benndorf et Niemann Reisen in Lykien und Karien p. 155 (frg. G et H), Lebas et Waddington III 543—44 (frg. incertum ab editoribus totius tituli significatum), totum titulum Charles Diehl et George Cousin Bull. de corr. hell. IX p. 473 eqs. Nonnullas emendationes protulit Bases *Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. περ. τρίτη* 1886 p. 42 eqs.

Frg. AB_1 [*Λεύκιος Κορνήλιος Λ*]*ευκίου* [*υἱὸς*] *Σύλλας Ἐπαφρόδιτος*
[*δικτάτωρ Στρατονι*]*κέων ἄρ*[*χο*]*υσι βουλῆι δήμωι χαίρειν·*

Titulus continet epistulam Sullae et senatus consultum de Stratonicensibus factum, quae conscripta sunt a. $^{673}/_{81}$, quo anno Sulla solus dictator fuit. Nam anno insequenti habuit consulatus collegam Q. Metellum Pium, cf. XVIII 52—53. Stratonicenses in bello Mithridatico a Romanorum partibus non cesserant, sed fortiter contra Mithridatem pugnaverant; postremo vero eorum urbs a Mithridate capta multata praesidioque firmata erat (cf. Appian Mithr. 21). Sulla autem cum in Asiam traiecisset Mithridatis exercitibus fusis fugatisque de consilii sententia ut omnes, qui fidem servaverant, ita etiam Stratonicenses summis praemiis honoribusque donavit. Atque Stratonicenses, ut ea, quae Sulla constituerat, a senatu confirmarentur, a. $^{673}/_{81}$ legatos Romam miserunt et senatus omnia confirmavit L. Cornelio Sulla ipso pro Stratonicensibus verba faciente. Ceterum etiam Augusti decretum fuisse in honorem eorundem elucet e Tac. ann. III 62, cf. Bull. de corr. hell. IX p. 472, XI p. 152 et 162. — Senatus consultum ita compositum est, ut et omnia quae Stratonicenses postulaverant (v. 22—64), uno tenore scriberentur et ea quae senatui visa essent (v. 65—125). Ceterum tres discessiones videntur factae esse, si credere possumus illi *ἔδοξεν* ter absolute adposito (v. 70. 119. 125). Ordinem lapidum ita constituendum esse puto.



Frg., quod editores dicebant incertum, inserui inter D et E, frg. E in infima lapidum serie posito. Epistula Sullae sine dubio complevit totam columnam I. Supplementa plurima sunt editorum.

1 Felix vel *Ἐπαφρόδιτος* Sulla mense Nov. a. $^{673}/_{81}$ nominatus est. Ad *αὐτοκράτωρ* nondum *Ἐπαφρόδιτος* additum est, cf. v. 52. 93.

[οὐκ ἀγνοοῦμεν ὑμᾶς] διὰ προ[γ]όνων πάντα τὰ δίκαια
[πρὸς τὴν ἡμετέρα]ν ἡγεμ[ον]ίαν πεποιηκότας καὶ ἐν
[παντὶ καιρῶι πρὸς ἡ]μᾶς πί[σ]τιν εἰλικρινῶς τετηρηκότας
[ἔν τε τῶι πρὸς Μιθραδά]την π[ο]λέμωι πρώτους τῶν ἐν τῆι
[Ἀσίαι ἀνθεσταμένους κα]ὶ διὰ ταῦτα κινδύνους πολλοὺς
[τε καὶ δεινοτάτους] ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων δημοσίων
[πραγμάτων προθυμό]τατα ἀ[ν]αδεδεγμένους
. : . . . . *καὶ τ[οὺς κοινοὺς] καὶ τοὺς ἰδιωτικοὺς*
[. . . . φιλίας ἕ]νε[κεν π]ρὸς ἡμᾶς εὐνοίας τε
[καὶ χάριτος ἐν τούτου τοῦ πολέ]μου καιρῶι πρός τε
[τὰς ἄλλας τῆς Ἀσίας πόλεις πεπρ]εσβευκότας καὶ πρ[ὸ]ς
[τὰς τῆς Ἑλλάδος] . . . .
. . . .

Frg. B_2. C_1. *Λεύκιος Κορ[νήλιος Σύλλας Ἐπαφρόδιτος δικτ]άτωρ·*
Στρατο[νικέων ἄρχουσι βουλῆι δήμωι χαίρειν.]
Πρεσβευταῖς ὑμ[ετέροις τὸ γενόμενον ὑπὸ συγκλήτ]ου δόγμα
τοῦτο [συνεχώρησα.]
Λεύκιος Κορνήλι[οςΣύλλαςΛευκίου υἱὸς Ἐπαφρόδιτος δικτ]άτωρ
συγκλήτωι συ[νεβουλεύσατο πρὸ ἡμερῶν ἓξ κα]λανδῶν
Ἀπριλίων ἐν τῶ[ι κομετίωι· γραφομένωι παρῆσαν Γ]άιος
Φάννιος Γαίου [υἱὸς trib. cogn. *Γ]άιος*
Φονδάνιος Γαί[ου υἱὸς trib. *Περὶ ὧν Στρατονικε]ῖς ἐκ Χρυ-*
σαο[ρέων]

L. Cornelius Sulla Felix dictator Stratonicensium magistratibus senatui populo salutem. Legatis vestris senatus consultum factum hoc concessi. L. Cornelius Sulla L. f. Felix dictator senatum consuluit a. d. VI. Kal. Apr. in comitio. Scribundo adfuerunt C. Fannius C. f. trib. cogn. C. Fundanius C. f. trib. Quod Stratonicenses Chrysaorenses

---

7 *ἀντιτεταγμένους* proposuit Bases comparato v. 84. Sed nisi forte v. 6 extr. mutilus est, propter hiatum scribi debet *ἀνθεσταμένους*. 8 Edit.: *πολλοὺς* | *[καὶ μεγάλους ὑφεστηκότας]* et in v. q. s. *[πραγμάτων καὶ δεινό]τατα ἄ[λλ]α δεδεγμένους*. Bases probabilius scripsit *[πραγμάτων προθυμό]τατα ἀ[ν]αδεδεγμένους* deleto verbo *ὑφεστηκότας*. Ad lacunam explendam U. de Wilamowitzio suadente scripsi *[τε καὶ δεινοτάτους]*. 10 suppl. U. de Wilam. 12 ipse supplevi. 13 b supplevi, cf. ad v. 83. 15 *Λευκίου υἱὸς* hic non additum erat, ut ex latitudine columnae II apparet. 15 Edit. omittunt *ἄρχουσι*. Neque vero spatium obstat, ne hoc addamus, quod comparatio v. 2 postulat. v. 14—17 continent epistulam Sullae publice missam cum senatus consulto. 18 *Λευκίου υἱὸς* addidi, quia nomini eius, qui senatum consulit, hac aetate semper nomen patris additur; nec spatium obstare litterae in initio huius versus artius scriptae docent. 19 Intervalla et litterarum magnitudinem accuratissime dimensus restitui a. d. VI. Kal. Apr.

Παιώνιος Ἱερ[οκλέους . . . .
Ἑκαταῖος Πα[. . . .
Διονύσιος Ἐ[. . . . *πρεσβευταὶ λόγους ἐποιή]σαντο*
συμ[φώνως καὶ ἀκολούθως τῶι Στρατονικέων ψηφίσματι]
Frg. D. *[ἀξιοῦντες συνήδεσθαι ἐπὶ τῶι τ]ὰ δημόσια πράγ[ματα τ]οῦ δήμου*
[τοῦ Ῥωμαίων ἐν βελτίονι κα]ταστάσει εἶναι·
[ὅπως χρυσοῦν στέφανον παρὰ τῆς ἰ]δίας πόλεως τῇ συγκλήτωι
[ἀναθεῖναι ἐξῆι ἀπὸ ταλάντων δ]ιακοσίων·
[θυσίαν τε ἐν τῶι Καπετωλίωι ὅπως] ποιῆσαι ἐξῆι ὑπὲρ τῆς ν[ίκ]ης
[καὶ τῆς ἡγεμονίας τοῦ δήμου τοῦ] Ῥωμαίων·
[ὅπως τε τὸ λοιπὸν Λευκίωι Κορνηλίωι Λ]ευκίου υἱῶι Σύλλαι Ἐπαφροδίτωι
[δικτάτορι φαίνηται Στρατονικέων] δήμωι φιλανθρώπως κεχρῆσ[θ]αι·
[ἐπεί τε ὁ δῆμος ἐν τῶι καιρῶι τῆς εἰρήν]ης συνετήρησεν τὴν ἰδίαν
[εὔνοιάν τε καὶ πίστιν καὶ φιλίαν] πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων
[καὶ πρῶτος τῶν ἐν τῆι Ἀσίαι, ὅτε Μιθρ]αδάτης ἐν αὐτ[ῆι]?
[δεινότατα ἐτυράννευεν, προείλετο ἀν]τιτετάχθαι·
[ἐπεί τε ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν πόλιν ἐπῆλθεν,] ἑλὼν δ' ἐκράτησ[ε]ν
. . . .
. . . .

Paeonius Hieroclis Hecataeus Pa . . . Dionysius E . . . . legati verba fecerunt congruenter et convenienter Stratonicensium consulto gratulantes, quod respublica populi Romanorum in meliore statu esset, ut auream coronam civitatis suae senatui ponere liceret talentorum CC; sacrificiumque in Capitolio ut facere liceret pro victoria et imperio populi Romani; utque in futurum L. Cornelio L. f. Sullae Felici dictatori videretur Stratonicensium populo benigne uti; cumque populus tempore pacis observavisset suam benevolentiam et fidem et amicitiam erga populum Romanorum et primus in Asia, cum Mithridates in ea? crudelissime vexaret, constituisset resistere cumque rex contra urbem profectus esset, captam vero obtinuisset . . . .
. . . .

---

24 Possunt fuisse quinque legati. In v. 25 et 26 supplev. edit. *Πα[ιωνίου]* et *Ἑ[καταίου]*, sed ut incerta, nomina omisi. 27 *ἀκολούθως* pro *ἐπακολούθως* scripsi ob versus longitudinem. 28 edit. *[διὰ τὸ]* 31 cf. Hultsch. Metrol. d. Griech. u. Röm.[2] p. 129—131 de talentis his. 34 *τὸ λοιπὸν* addidi ad versum explendum. 36 item *τῶι* et *τῆς* addidi. 37 edit. *εὔνοιαν πίστιν τε καὶ φιλίαν.* 38 edit. *πρῶτός τε.* Editores sibi videbantur legere *αὐταῖς*, sed ipsi dubitaverunt. 39 edit. *ὠμότατα.* 40 edit. scripserunt *[ἐπεί τε ὁ βασιλεὺς τὴν πόλιν πολιορκήσας]* eqs., quae nullo modo propter particulam *δὲ* ferri possunt. Ad rem cf. Appian. Mithr. 21.

Frg. quod vocatur incertum.

διχτάτορι ἐπὶ . . . .
[κ]αὶ ἐπεὶ ὁ δῆμος [ἐν πολέμου καιρῶι συνετήρησεν διὰ τέλους]
εὔνοιαν καὶ πί[στιν] καὶ συμμαχί[αν πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων]
διὰ πράγματα κ[ατὰ τ]ὴν προαίρεσιν . . . .
πόλεμον ἐπο[ίησε κα]ὶ τὸν ἴδιον δῆ[μον] . . . .
τῆι βασιλικῆι β[ουλῆ]ι καὶ δυνάμει . . . .
. . . .
. . . .

Frg. E.

[δικαίοις τε κ]αὶ νόμοις καὶ ἐθισμ[οῖς τοῖς ἰδίοις, οἷς ἐχρῶν-]
[το ἐπάν]ω, ὅπως χρῶνται, ὅσα τε [ψηφίσματα ἐποίησαν τού-]
[του τοῦ πο]λέμου ἕνεκεν, ὃν πρὸς βασ[ιλέα Μιθραδάτην ἀνέδειξαν]
[ὅπως τ]αῦτα πάντα κύρια ὦσιν·
[Πηδασόν τε] Θεμησσὸν Κέραμον χωρία [κώμας λιμένας προσό-]
[δους τε τῶν] πόλεων, ὧν Λεύκιος Κορν[ήλιος Σύλλας αὐτοκράτωρ]
[τῆς τούτων] ἀρετῆς καταλογῆς τε ἕ[νεκεν προσώρισεν συνεχώρη-]
[σεν ὅπως τ]αῦτα αὐτοῖς ἔχειν ἐξ[ῆι]·
[Τὸ ἱερὸν τῆς] Ἑκάτης ἐπιφανεστά[της καὶ μεγίστης θεᾶς ἐκ πολ-]

. . . . . . et cum populus belli tempore observavisset usque ad finem benevolentiam et fidem et societatem erga populum Romanorum propter res ex consilio . . . . bellum gessisset et suum populum . . . . regio consilio et exercitui . . . .
. . . .
. . . .
iure et legibus et moribus suis, quibus utebantur antea, ut uterentur, quaeque decreta fecerant eius belli causa, quod contra regem Mithridatem indixerant, ut ea omnia rata essent. Pedasumque Themessum Ceramum agros vicos portus vectigaliaque oppidorum, quorum L. Cornelius Sulla imperator eorum honoris virtutisque causa addixit concessit, ut ea iis habere liceret. Sacrarium Hecates deae celeberrimae et maximae et iam di-

[ἐκ τῶν] συνθηκῶν καὶ ὁρκίων, [ἃ κεῖται . . . . ἀνὰ]
[μέσον] τοῦ δήμου τῶν 'Ρωμαίων καὶ τοῦ δήμου τῶν 'Αστυπαλαιέων·
ἐὰν δέ τι<ς> πρὸς ταύτας τὰς συνθήκας κοινῆ βουλῆ προσθεῖναι ἢ

populo Romanorum et qui Romanorum dicionis sunt, bellum inferant, ne hostes neque armis neque pecunia neque navibus adiuvato populus et senatus dolo malo. Populus Romanorum hostes et inimicos senatus et populi Astypalaeensium per suos agros et quibus imperat populus Romanorum ne sinere transire debeto neve ut qui populo et senatui Astypalaeensium et qui eorum dicionis sunt bellum inferant, neque armis neque pecunia neque navibus adiuvare neque dolo malo; sin autem quis inferat populo Astypalaeensium, populus Romanorum, populove Romanorum, populus Astypalaeensium, si prior bellum inferat, adiuvato contra eum alter alterum ex foedere et iure iurando, quae exstant . . . . inter populum Romanorum et populum Astypalaeensium; sin autem quid ad hoc foedus

27 apogr. habet *τι* aut *τη βουλη*. Ceterum Boeckhii supplementa ea de causa pleraque falsa sunt, quia *βουλήν* etiam Romanorum senatum intellexit. Supplevi, similiter Mommsen. *ὥς τε:* Boeckh *ὥς [γ]ε*, falso, nam *γε* ab his titulis alienum. Mommsen *ὥστε*, fortasse recte. Quid in exemplari latino fuerit, non liquet. De 'ut' dubito. 28 apogr. hab. *ἰσσομένοις*, quod Boeckh ex v. 33 emendavit. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 663 adn. 3 incertum esse dicit, quomodo *ὑποτάττεσθαι* et *ὑπήκοος* latine reddi debeant, fortasse verbo parendi. 28 *μήτε* pro *μηδέ*. Deinde apogr. hab. *τοῖς πον* . . . . 29 Boeckh ex v. 34 ante *δόλ[ω πονηρῶ]* inseruit (*μήτε*). Neque vero necessarium est. 30 [*τῆς βουλῆς καὶ*] omittit Mommsen. 32 sine dubio quadratarius nonnulla omisit, quod adhuc nemo negavit. Mommsen scripsit: *ὁ δῆμος ὁ 'Ρωμαίων (οὐκ ἐάσει διελθεῖν) τοὺς πολεμίους* cqs. *διὰ τῆς ἰδίας χώρας καὶ ἧς ἂν [κρατῆ ὁ] δῆμος καὶ βουλή*. *ὁ δῆμος καὶ βουλὴ* autem est Astypalaeensium, debet esse hoc loco Romanorum. Itaque hic lacunam statuo ita, ut putem quadratarium a voce *δῆμος*, quae in v. 32 legitur, aberravisse ad verbum *δήμω*, quod in v. 32 b legendum est. 32 *δόλω*, quod Mommsen ipse quoque delet, per errorem a quadratario additum est fortasse ex v. 29. Erravisse et correxisse quadratarium apparet ex v. 33, ubi *ὅπλα*, *χρήματα* scripsit, tum vero dativo opus esse intellegens ultimum verbum correxit syllaba *σι* addita. 33 *ὅπλα* in lap., cf. not. ad v. 32. 35 suppl. Mommsen. 36 idem supplevit, nisi quod *ὁ ἕτερος τῶ ἑτέρω* ipse addidi. 37 [*ἃ κεῖται*] Mommsen supplevit, [*ἀνὰ μέσον*] ipse addidi.

ἀφελεῖν βούλ[ω]νται ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλή, [ἐ]ὰν θελήσ[η], ἐξέστω· ἃ δὲ ἂν προσθῶσιν, ἐν ταῖς συνθήκαις ἢ (ἃ) ἂν ἀφέ[λ]ωσιν ἐκ τῶν συνθηκῶν, ἐκτὸς ἔστω ταῦτα ταῖς συνθήκαις (προσ)γεγραμμένα· (ἀνατιθέσθω δὲ) ἀνάθημα ἓμ μὲν 'Ρωμαίων ἐν τῷ Καπετωλίῳ ναῷ τοῦ Διός, ἓν δὲ 'Αστυπαλαιέων ἐν τῷ ἱερῷ τῆς 'Αθηνᾶς καὶ τοῦ 'Ασκληπιοῦ καὶ πρὸς τῷ βωμῷ [τοῦ Διὸς καὶ] τῆς 'Ρώμης.

communi consilio addere aut demere volent populus et senatus, si volet, liceto; quae vero addent in foedere quaeve dement ex foedere, praeterea? ea foederi sunto adscripta; ponitor tabula altera Romanorum in Capitolino templo Jovis, altera Astypalaeensium in templo Minervae et Aesculapii et iuxta aram Jovis et Romae.

40 *βούλονται, θελήσει* apogr. habet. 41 (ἃ) addidit Boeckh. 42 (*προσ*)*γεγραμμένα* ipse scripsi. 44 suppl. Boeckh.

XXII.

Lapidem loco veteris oppidi Thyrraeorum repertum edid. G. Cousin Bull. de corr. hell. X p. 165 sqq.

Συμμαχία ποτὶ 'Ρωμαίους.

'Επὶ ὑπάτων Γαίου Κοιλίου Κάλδου Γαίου υἱοῦ, | [Λ]ευκίου Δομετίου Γναίου Αἰνοβάρβου, στρατη|[γο]ῦντος κατὰ πόλιν Γαίου Σεντίου Γαίου υἱοῦ, ‖ ἐπὶ δὲ τῶν ξένων Λευκίου Γελλίου Λευκίου υἱοῦ πίναξ | [συμμ]αχίας ἀνετέθη κατὰ συγκλήτου δόγμα | πρεσβευσάντων Δωροθέου τοῦ 'Ιάσονος | . . . . τοῦ Μενάνδρου. Τῷ δήμῳ | [τῷ 'Ρωμαί]ων [καὶ] τῷ δήμῳ τῷ Θυρρε[ίων ‖ εἰρήνη καὶ φιλία καὶ συμμαχία ἔστω] . . .

C. Coelius C. f. Caldus et L. Domitius Cn. f. Ahenobarbus consules fuerunt a. $^{660}/_{94}$. Continentur hoc frg. praescripta foederis inter Romanos et Thyrraeos facti. Foederis ipsius verba inde a verbis *τῷ δήμῳ* incipiunt.

XXIII.

Edid. titulum Mytilenaeum Fabricius Mittheil. d. deutsch. archaeol. Instit. z. Athen IX p. 83.

S. C. hoc de Mytilenaeis et foedus cum iis D. Iunio Silano L. Licinio Murena cos. a. $^{692}/_{62}$ factum est, quo anno Mytilenaei, qui post bellum Mithridaticum a Romanis libertate pri-

A.

[*Γραφομένωι παρῆσαν* . . . .
. . . . o]*υ υἱὸς Κλο*[*στο-*]
[*μίνα* . . . .]*ιρία Οὐάρρων*
. . . .
[*Περὶ ὧν* legatus Mytil. *ἀκολούθως*] *δόγματι ἑαυτῶι*
[*γενομένωι λόγους ἐποιήσατο κατὰ πρόσωπον τῶι δήμωι τῶι Μυτ*]*ιληναίων γενέσ-*
[*θαι ἐλευθερίαν καὶ ἀτέλειαν* . . . .]*μων πραγμάτων*
[. . . . *κ*]*αὶ* [*τὸ*] *λοιπὸν εἶναι*
. . . . *περὶ τούτου τοῦ*
[*πράγματος οὕτως ἔδοξεν· ὅπως* nom. cons. alt.]*ὕπατος, ἐὰν αὐ-*
[*τῶι φαίνηται* . . . .]*ους ὡς ἐστακί-*
[*ναι* . . . . *φροντίσῃ καὶ συνκλήτου δόγμ*]*α περὶ τούτου*
[*τοῦ πράγματος γενόμενον ἐν δέλτωι χαλκῆι ἐν τῶι Καπετωλίωι*]*χαρα*[*χ*]*θῆναι καὶ*
[*ἀντίγραφον δοθῆναι τῶι δήμωι τῶι Μυτιληναίων· ἔδοξεν.*]
[*Ἐπὶ Λευκίου Λικινίου Λευκίου υἱοῦ Μουρήνα Δέκμου Ἰουνίου Μάρκου υἱ*]*οῦ Σιλανοῦ ὑπά-*
[*των, στρατηγοῦντος κατὰ πόλιν*] . . . . . .

Scribundo adfuerunt . . . . . . f. Crust. . . . . Varro. Quod leg. Myt. congruenter consulto ipsi facto verba fecit coram populo Mytilenaeorum datam esse libertatem et immunitatem . . . . de ea re ita censuerunt: ut . . . . . . cos., si ei videretur . . . . senatusconsultum de ea re factum in tabula ahenea in Capitolio incidi et exemplar dari populo Mytilenaeorum. Censuere.

L. Licinio L. f. Murena, Dec. Junio M. f. Silano cos., praetore urbano . . . . .

---

vati erant, eam recuperaverunt opera Pompeii, cf. Liv. epit. 89, Plut. vit. Pomp. 42. Supplementa plurima mea sunt.

1 in lap. ΚΛΟ////ı/////. Sine dubio tribus Crust. ibi fuit. 2 Varro ille non est M. Terentius Varro Reatinus, cum ille fuerit e tribu Quirina. Potest cogitari de Terentio Varrone consobrino fratre Hortensii, cf. Willems p. 451, sed post a. $^{679}/_{75}$ de eo nihil compertum habemus. M. denique Terentius M. f. Varro Lucullus cos. a. $^{681}/_{73}$ vix ultimo loco testis nominatus esset. 5 cf. XVI 27. 6 primum *μ* incertum est, fortasse [*τῶν δημοσί*]*ων πραγμάτων*. 7 [*τὸ*] addid. U. de Wilamowitz. 9 Uter consul nominatus fuerit, nescio, cum uterque videatur Romae fuisse. 12 in lap. *χαρακϑῆναι*, quod Fabricius dialecto aeolica non debebat explicare. Conferri iubet Meister Griech. Dial. I p. 120. 14 Uterque consul nominatus erat. Iniuria editor hoc, quia *ὑπάτων* anteponi soleret in dubitationem vocavit. Nam XVIII 4. 52, XIX 1 *ὑπάτων* postpositum est. Ceterum, ut etiam ex tit. XXI et XXII elucet, tempus foederis alicuius videtur semper consulum et praetorum nominibus esse destinatum. Nam etiam in foedere a. Sp. Cassio cos. solo cum Latinis a. $^{261}/_{493}$ icto (cf. Cic. pro Balbo 23, 53, Liv. II 33, 9), utriusque consulis nomen praescriptum fuisse iure contendit Cichorius de fast. cons. antiquiss. Leipz. Stud. IX p. 173 sqq. Itaque nescio an Mommsen Ephem. epigr. I 284 sqq. Foucart sénatusc. inéd. p. 22, Laticheff Bull. de corr. hell. VI p. 372 erraverint, cum dicerent tit. XXI primum docu-

B.

Ὁ [δῆ]μο[ς ὁ] *Μυτιληναίων* ἀρχὴ[ν καὶ δυναστείαν τοῦ δήμου τοῦ *Ῥωμαίων* δια-]
φυλασσέτω οὕτως ὡς ἄν τι κ[ατὰ τὸ συμφέρον ἧι τοῦ δήμου τοῦ *Ῥωμαίων*·]
τοὺς πολεμίους τοῦ δήμου τ[οῦ *Ῥωμαίων* διὰ τοῦ ἰδίου ἀγροῦ καὶ τῆς ἰδίας ἐ-]
πικρατείας μὴ ἀφειέτωι δῆμος [*Μυτιληναίων* διελθεῖν· ὥς τε τῶι δήμωι τῶι]
Ῥωμαίων ἢ τοῖς ἀρχομένοις ὑπ'[αὐτῶν πολεμῶσιν, ὁ δῆμος ὁ *Μυτιληναί-*]
ων πόλεμον ποιῆσαι μήτε αὐτοῖς [χορηγεῖν τι δημοσίαι βουλῆι ὀφειλέτω.]
Ὁ δῆμος ὁ *Ῥωμαίων* τοὺς πολεμί[ους τοῦ δήμου τοῦ *Μυτιληναίων* διὰ τοῦ ἰδίου]
ἀγροῦ καὶ τῆς ἰδίας ἐπικρατεία[ς μὴ ἀφειέτωι διελθεῖν μηδέ τι χορηγείτω.]
ὥς τε τῶι δήμωι τῶι *Μυτιληναί*[*ων* πόλεμον ἐπιφέρωσιν ἢ τοῖς συμμά-]
χοις τοῦ δήμου [τ]οῦ *Μυτιλην*[*αίων*, ὁ δῆμος ὁ *Ῥωμαίων* δημοσίαι βουλῆι]
ὅπλοις χρήμα[σι ν]αυσὶ βοηθ[είτω τῶι δήμωι τῶι *Μυτιληναίων*.]
ἐάν τις πρότερος πόλεμον πο[ιήσηι τῶι δήμωι τῶι *Μυτιληναίων* ἢ τῶι δή-]
μωι τῶι *Ῥωμαίων* . . . .

Populus Mytilenaeorum imperium et maiestatem populi Romani conservato ita uti ex utilitate erit populi Romanorum. Hostes populi Romanorum per suum agrum et suum imperium ne sinito populus Mytilenaeorum transire. Utque populo Romanorum quive eorum dicionis sunt bellum inferant, populus Mytilenaeorum bellum facere neque eis praebere quidquam publico consilio debeto. Populus Romanus hostes populi Mytilenaeorum per suum agrum et suum imperium ne sinito transire neve quidquam praebeto. Utque populo Mytilenaeorum bellum inferant sociisve populi Mytilenaeorum, populus Romanorum publico consilio armis pecunia navibus iuvato populum Mytilenaeorum. Si quis prior bellum faciat populo Mytilenaeorum populove Romanorum . . . .

---

mentum esse senatusconsulti utriusque consulis nominibus destinati. Nam foederis verbis non solum consules, verum etiam praetores praescripti sunt: ut etiam in tit. XVII, quo continetur amicitia cum tribus nauarchis facta, iure praetoris nomen adlatum est in praescriptis. Praetores ita in aliis actis publicis non additi sunt. Itaque tempus senatus consulti XXI eius, qui senatum consuluit, nomine sive consulis alterius, sive praetoris destinatum fuisse potest. 15 cf. Pol. XXI 32, 2 = Liv. XXXVIII 11, 2. 17 *διὰ τοῦ ἰδίου ἀγροῦ* suppl. U. de Wilamowitz, cf. ad v. 22. 20 *μήτε* pro *μηδέ* vel potius *καὶ μή*. Pol. XXI 32, 3 *μηδὲ χορηγείτω μηδὲν δημοσίᾳ βουλῇ*. 22 *αιρου*, quod Fabricius descripserat, emendaverat iam U. de Wilamowitz, cum Conr. Cichorius, qui lapidem denuo contulerat, liberaliter mecum communicavit, re vera lapidem praebere scripturam *ἀγροῦ*. 23 suppl. Fabricius [*συμμά*]||*χοις*.

Fragmenta.

XXIV.

Edid. titulum in regione veteris oppidi Nysae repertum Pocockius Inscr. ant. I 2, 6 p. 13 n. 5, deinde Boeckh C. I. G. II 2943. Descripsi tantum v. 15 et 16, initium epistulae Cn. Lentuli Auguris.

[Γ]ναῖος Λέντλος Αὔ[γ]ου[ρ] ἀνθύπατος Νυσαίων ἄρχουσι εα
ηροτειη Ἀρτεμίδ[ω]ρος Δημητρίου Παπᾶς αρχωνιχιης

Cn. Cornelius Lentulus Augur a. $^{740}/_{14}$ consul fuit et proconsul Asiae a. $^{753}/_{1}$, cf. Waddington Fast. des prov. Asiat. p. 101 n. 61. Pertinebat, ut ex praescriptis elucet, epistula ad *ἀσυλίαν* et *ἱκεσίαν* et *ἀτέλειαν* sacrorum eorumque deorum.

1 ΑΥΤΟΥΠ apogr. Boeckh scripsit *ἐ[π]‖ηρ[ώ]ι[ησι]*, sed bis ita omissum esset *ν* paragogicum, ac ne syllabarum quidem disiunctioni illorum temporum vulgari id conveniret. 2 *Ἀρτεμίδορος* apogr.

XXV.

Olympiae in basi Victoriae a Messeniis dedicatae repertam inscriptionem ex Hirschfeldii apogr. edid. Neubauer Archaeol. Zeit. XXXIV 1876 p. 128, cf. p. 230, XXXVI 1878 p. 104. Repetiv. tit. Ditt. Syll. 240, Hicks 200. Attuli v. 52—55.

52 *[ὁπό]‖τεροι ταύτην τὴν χώραν κατεῖχ[ον, ὅτε Λεύκιος] | Μόμμιος ὕπατος ἢ ἀνθύπατος [ἐν ἐκείνηι τῆι ἐπαρ]χείαι ἐγένετο, ὅπως οὗτοι οὕτω[ς κατέχωσιν.]*

utri eum agrum obtinuissent, cum L. Mummius cos. prove cos. in illa provincia esset, ut ei ita obtinerent.

Pertinet hoc frg. ex satis amplo titulo sumptum ad controversiam Lacedaemoniorum et Messeniorum de agris quibusdam. Ex nexu sententiarum, quem hic repetere longum est, apparet hoc senatus consultum non esse recentius a. $^{618}/_{136}$ — nam Q. Calpurnius C. f., qui v. 42 nominatur, a. $^{619}/_{135}$ consul fuit, praetor igitur aliquot annis ante —, non antiquius a. $^{609}/_{145}$, quo anno L. Mummius proconsul Graeciae fuit. Hoc frg. ad verbum convenire videtur verbis senatus consulti. Antecedunt verba: *καὶ εἰσήχθη κρίσις κατά τε | τὴν ἐπιστολὴν τοῦ προειρημέ[ν]ο[υ] στρατηγοῦ* (scil. Calpurnii) *καὶ κατὰ τὸ δόγμα τῆς συ[γκλ]ήτου ἐπ' Ἀμφίλλο[ν . . .]*

XXVI.

Edid. tit. Cretensem Pashley Travels in Crete I p. 290, Boeckh C. I. G. II add. et corr. 2561 b. Descripsi v. 50—53 et v. 78.

a.

51 *ὃν τρόπον ἑκάτεροι αὐτὴν τὴν ‖ χώραν καὶ τὴν νῆσον, περὶ οὗ [ἡ] πρᾶξις ἐνέστα[το,*

quemadmodum utrique ipsos agros et insulam, de qua re actum erat,

Boeckh (cf. etiam Ditt. Hermes VI p. 282) titulum anno $^{696}/_{58}$ vel $^{697}/_{57}$ scriptum putavit. In genethliaco Gottingensi 1887 p. 54 eqs. ostendi titulum aut a. $^{618}/_{136}$ aut a. $^{622}/_{132}$ esse scriptum atque ibidem res, de quibus agitur, exposui. Ad verbum haec ex senatus consulto esse sumpta ea de causa mihi persuasi, quod Parii iudices etiam tres *περιορισμούς* ad verbum in eodem titulo attulerunt, deinde quod verba *περὶ οὗ* (exspectas *ὧν*) *ἡ πρᾶξις ἐνέστα[το]* parum graeca sunt et videntur reddere locutionem latinam 'de qua re actum erat' (cf. XVIII 22 *περὶ ὧν ἄγεται τὸ πρᾶγμα* i. e. qua de re agitur), tum quod tota ratio dicendi senatus consultorum Romanorum est.

κατε]σχηκότες εἴησαν τῆι προ[τέραι, π]ρ[ὶν] ὁ πόλε|μος ἑαυτοῖς ἤρξατο, οὗ πολέμου ἕνεκεν Σ[έρουιος Σολπ]ίκιος κἀκείνη ἡ πρεσβεία εἰς [Κρή]την ἀπεστά|λησαν, ὅπως οὕτως κρίνωσιν αὐτοῖς ἔχει(ν) κ[ατέχειν τε καρπίζ]εσθαί τε ἐξεῖναι.

obtinuissent pridie priusquam bellum ipsis incepisset, cuius belli causa Servius Sulpicius et illa legatio Cretam missi sunt, ut ita iudicarent iis habere obtinereque fruique licere.

b.

78 *ἵνα ἔχωσιν κατέχωσίν τε καρπίζωνταί τε.*

ut haberent obtinerentque fruerenturque.

---

1 Boeckh *τῆι προ[θεσμίαι π]ρ[ὶν]*: in lap. *προ . . . . . ερ.*

XXVII.

Titulum Chii repertum edid. Vidua Inscr. ant. tab. 39 cf. p. 41 eqs., indeque Coraes *Χιακῆς ἀρχαιολογίας ὕλη* p. 273, deinde Letronne Journal des savants 1828 p. 476—79, Boeckh C. I. G. II 2222, repetiv. Ditt. Syll. 276 et Hicks 206. Descripsi v. 15—18.

16 *ὅπως νόμοις τε καὶ ἔθεσιν καὶ δικαίοις [χρῶν]‖ται, ἃ ἔσχον, ὅτε τῇ Ῥωμαίων* (φι)-

ut legibus et moribus et iure uterentur, quae habebant, cum in Romanorum amicitiam

---

Frg. hoc adlatum est in epistula proconsulis cuiusdam Asiae. Waddington Fastes d. prov. Asiat. p. 103 n. 68 primus dixit titulum esse ex aetate Augusti, quippe qui in v. 18 divi f., non ipse divus nominaretur, et Dittenberger eum secutus est. Sed tota ratio dicendi verborumque selectio et formae velut *Λουκίῳ* (v. 12), *Μιθραδάτην* (v. 14, cf. Eckhel doctr. numm. vet. p. I vol. II p. 362), tum quod senatus consultum a. $^{674}/_{80}$ factum *ἀρχαιότατον* vocatur (v. 11), quod denique Antistius Vetus proconsul *ἀνὴρ ἐπιφανέστατος* (v. 4) nominatur — quales senatorum denominationes Mommsen Röm. Staatsr. III p. 470 et 471 adn. 2 docet inde a medio fere I. p. Chr. saec. usitatas esse, quamquam ibi *ἐπιφανέστατος* non adfert — haec omnia ostendunt Boeckhii sententiam unam veram esse, qui C. Antistium non cos. a. $^{724}/_{30}$ vel. a. $^{748}/_{6}$ intellegit, ut Waddington, sed cos. a. $^{808}/_{54}$, quem Tacitus (ann. XVI 10, cf. XIV 22) docet Asiae proconsulem fuisse, ut Boeckh coniecit, a. $^{817}/_{63}$. Epistula tum scripta esset a. $^{818}/_{64}$. Nam quod Augustus divi f., non divus nominatur, inde facile explicari potest, ut U. de Wilamowitz monuit, quod ipsius epistulae Augusti verba referuntur.

S. C., quod hic vix ad verbum adfertur, factum est '*Λουκίῳ Σύλλα τὸ δε[ύτε]ρον ὑπάτῳ*', i. e. a. $^{674}/_{80}$. Conceditur Chiis sociis libertas.

λία προσῆ[λ]θον, ἵνα τε ὑπὸ μηθ' ὡτινι[οῦν] | τύπῳ ὦσιν ἀ[ρ]χόντων ἢ ἀνταρχόντων, οἵ τε παρ' αὐτοῖς ὄντες 'Ρω[μαῖ|ο]ι τοῖς Χείων ὑπακούωσιν νόμοις.

venirent, utque sub quavis specie sint magistratuum prove magistratibus, Romanique, qui apud eos essent, Chiorum parerent legibus.

---

16 *προσηιμθον* in lap. 17 in lap. ΑΙΧΟΝΤΩΝ. *'Ρω[μαῖ|ο]ι*: in lap. ΡΩ . . . ΙΘΙ. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 702 haec verba etiam de iudicio capitali intellegenda esse suspicatur.

Addenda.

XXVIII.

Titulum Prienensem inter ruinas templi Minervae repertum descripsit A. S. Murray, cuius apographo usus Hicks eum edidit Collect. of anc. greek inscr. in the Brit. mus. III 1 CCCCXXIV b.

. . . . *πόλιν πολιο[ρκῆσαι* . . . .]
[τὰ κ]τήματα σ[υλῆσαι . . . . ., *πολλὰ] δὲ καὶ σώματα [καὶ θρέμματα* . . . . . .]
. . . . *σια ἀπ[ολέσαι* . . . . *]αφεις με[* . . . . *ἀπαιτη-]*
[σ]θαι, ἃ Ὀροφέρνης ἐν τῶι ἱερῶι τ[ῆ]ς 'Α[θηνᾶς παρέθετο· περὶ τούτου τοῦ πράγμα-]
[τος] αὐτοῖς φιλανθρώπ[ως ἀπ]ο[κριθῆναι ἔδοξεν . . . . *οὔτε τῆς]*

Senatus consultum pertinet ad bellum Ariarathis V Philopatoris, qui inde ab a. $^{591}/_{163}$ Cappadociae regnum obtinebat, et Attali II regis Pergami contra Prienenses. Orophernes enim Ariarathis IV f. cum Ariarathem V e regno expulisset (Diod. XXXI 32), senatu Romanorum interveniente maiorem regni partem illi reddere coactus est (Appian Syr. 47, Pol. XXXII 24). Sed postea Orophernes cum propter crudelitatem et avaritiam omnium invidiam in se suscepisset, ab Ariarathe e regno expulsus est. Quo facto Ariarathes cum quadringenta talenta, quae Orophernes in templo Minervae Prienensis deposuerat (Diod. ibid.), ut Prienenses sibi darent, frustra postulavisset, foedere cum Attalo rege facto Prienensium agros et urbem vexavit. Prienenses autem primum Rhodios, deinde senatum Romanum c. a. $^{599}/_{155}$ adierunt, ut sibi auxilio venirent (Pol. XXXIII 6). Senatus, ut e titulo cognoscitur, decrevit, ut is, qui senatum consuluerat, litteras ad Attalum et Ariarathem mitteret, ne amplius Prienenses vexarent. — Frg. a, quod ipsum quoque Hicks huius senatus consulti frustulum esse putat, etiamsi ad eandem rem spectat, tamen fragmentum senatus consulti non est, quod maxime ex verbis *ἐπεὶ γὰρ 'Αριαράθ[ης]* (v. 2) — ea enim senatus consultorum dicendi rationi non conveniunt — et ex *'Ρωμαίων* (v. 5) elucet. Titulus igitur ille ab ipsis Prienensibus videtur compositus esse.

1 editor *πολιο[ρκῶν]* et postea *σ[υλήσας]* et *ἀπ[ολέσας]*, sed requiruntur infinitivi, ut in v. 3—4 *[ἀπαιτῆσ]θαι* supplevi. 2 editor suppl. ex Pol. XXXIII 6. 3 editor *[πολλαπλά]σια*. 4 formulam *περὶ τούτου* eqs. addidi. 5 *[ἀπ]ο[κριθῆναι]* supplevi. Hicks *ἀποκρίνασθαι* ante *αὐτοῖς* addidit.

συγκλήτου οὔτε τοῦ δήμου ἐπὶ θελ[ήματι . . . .]
ος, περί τε τούτων τῶν πραγμάτω[ν ὅπως . . . . γράμματα ἀποστείλῃι πρὸς]
[β]ασιλέα Ἄτταλον καὶ βασιλέα Ἀρια[ράθη, ἵνα ἀπέχωνται τῆς εἰς τὴν Πριηνέων χώραν ἐπι-]
[δ]ρομῆς, οὕτω καθὼς ἂν αὐτῶι ἐ[κ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται.]
[ἔδοξεν.]

---

6 apogr. habet *ΕΠΙΘΙΛΗ*: *ἐπὶ θιλ[ήματι]* ci. U. de Wilamowitz. 7 supplevi. 8 *[ἐπιδ]ρομῆς* scribendum esse U. de Wilamowitz vidit; cetera ipse addidi.

XXIX.

Titulum antiquae Phrygiae maioris in vico, qui hodie appellatur Aresli, repertum descripsit et edidit W. M. Ramsay The Journal of Hellenic studies VIII 1887 p. 496.

[. . . . . o]ὕτως
. . . . . ν διωρθώ-
[σατο . . . .]ἐγένετο πρό-
[τερον . . . .]ος ταῦτα κύρια μέ-
[νειν . . . . δόγ]μα συνκλήτου.
[Περὶ ὧν Κόιντος Φάβιος . . . . . υἱὸς Μάξιμος Γ]άιος Λικίννιος Ποπλίου
[υἱὸς Γέτας ὕπατοι λόγους ἐποιήσαν]το, περὶ τούτου πράγματος οὕ-
[τως ἔδοξεν· ὅσα βασιλεὺς Μιθραδάτη]ς ἔγραψεν ἢ ἔδωκέν τισιν ἢ ἀφεί-
[λετο, ἵνα ταῦτα κύρια μείνῃ οὕτω καθὼς] ἐδωρήσατο εἰς ἐσχάτην ἡμέραν,
[περί τε τῶν λοιπῶν ἵνα κρίνωσιν οἱ δέκα] πρεσβευταὶ εἰς Ἀσίαν διαβάντες

Titulus cuius notitiam Th. Mommseni liberalitati me debere libenter profiteor, a. $^{638}/_{116}$ conscriptus est. Nam C. Licinium P. f. neminem posse intellegi nisi Licinium Getam cos. a. $^{638}/_{116}$ idem Mommsen optimo iure mihi videtur statuisse (cf. ad v. 6). Titulus pertinet ad res Phrygiae maioris ordinandas, quae terra cum olim a senatu Romano Mithridati V Euergetae data esset, post eius mortem a. $^{634}/_{120}$ Mithridati VI, filio Euergetae, adempta et cum Asia provincia coniuncta est. Titulus continet epistulam consulum (v. 1—5) et senatus consultum (v. 6 sqq.), ut quae Mithridates V usque ad diem supremum donavisset, ea rata essent ceteraque decem Romanorum legati in Asiam transgressi ordinarent.

6 Dies locus testes cum non adlati fuerint atque cum verisimile sit versum a verbis *περὶ ὧν* incepisse, necessario sumendum est nomen alterius magistratus adfuisse. Is vero nemo potest fuisse nisi alter consul a. $^{638}/_{116}$ Q. Fabius Maximus Servilianus. Eius nomine inserto fieri potuit, ut etiam ceteri versus explerentur.

XXX.

Titulum Mytilenaeum edidit C. Cichorius Rom und Mytilene Leipz. 1888 p. 4 sqq.

[Περὶ ὧν πρ]εσβευταὶ Μυτιληναίων Ποτάμων Λεσβών[ακτος . . . .]
που, Σέρφηος Διοῦς, Ἡρώδης Κλέωνος, Διῆς Μάτρ[. . . . .]
Κριναγόρας Καλλίππου, Ζωίλος Ἐπιγένους λόγους ἐπ[οιήσαντο, χάριτα φιλίαν συμμα-]
χίαν ἀνενεοῦντο, ἵνα τε ἐν Καπετωλίωι θυσ[ίαν ποιῆσαι ἐξῆι ὅσα τε φιλάνθρωπα]
πρότερον ὑπὸ τῆς συγκλήτου συγκεχωρημ[ένα ἐστίν, ταῦτα ἐν δέλτωι χαλκῆι]
γεγραμμένα προσηλῶσαι ἵνα ἐξῆι· περὶ τού[του τοῦ πράγματος οὕτως]

Hoc senatus consultum cum aliis inscriptionibus, inter quas tituli XXIII, XXXI, XXXII sunt, parietem templi Aesculapii in arce Mytilenaeorum siti effecerunt, cuius lapides dubito an non recte Cichorius l. c. p. 21 eqs. ordinaverit. Ex aequabilitate formarum litterarum et tota titulorum specie Cichorius collegit titulos XXIII et XXX uno eodemque tempore (c. a. $^{726}/_{28}$) incisos esse. De ratione autem, quae inter singulos titulos intercedit, statuit haec: Tit. XXX continet senatus consultum post Caesaris Octaviani ex Asia reditum, qui factus est mense Sextili a. $^{725}/_{29}$, et ante id. Jan. a. $^{727}/_{27}$, quo die Octavianus Augustus appellatus est, pro Mytilenaeis factum. Senatus consulto vero addita erat epistula Caesaris, cuius pauca tantum verba servata sunt (cf. v. 13—14). Simul igitur cum his titulis etiam senatus consultum a. $^{692}/_{62}$ (tit. XXIII A) et foedus Romanorum cum Mytilenaeis (XXIII B) incisa sunt. Quod foedus si ad tempora Antiochi Magni Cichorius referendum censet (p. 25 eqs.), id ei concedere non possum. Primum enim non video, quomodo factum sit, ut foedus aetatis Antiochi Magni a Mytilenaeis in illa pariete templi postponeretur senatus consulto a. $^{692}/_{62}$; deinde si in foedere illo *οἱ σύμμαχοι* et *ἡ ἐπικρατεία* Mytilenaeorum commemorantur, quod Cichorium commovit, ut foedus Antiochi aetati tribueret, illa verba adeo id non postulant, ut obstent, ne socios Mytilenaeorum aetatis Antiochi Byzantium Rhodum Chium Aegyptique regem intellegamus. Neque enim unquam Romani foedere cum Mytilenaeis facto tam ampla et gravia officia suscepissent. Illi socii et illud Mytilenaeorum imperium eodem vulgari formularum usu adferuntur, quo in titulo XXI distinguuntur Astypalaeensium *ἰδία χώρα* et *ἧς ἂν κρατῇ ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλή* (v. 26), quo ibidem adferuntur *οἱ ὑπὸ τοὺς Ἀστυπαλαιεῖς τασσόμενοι*, qui quales fuerint, vix quisquam excogitare potest. Itaque verisimillimum est illud foedus ipsum quoque ad a. $^{692}/_{62}$ referendum esse. Quod si concedimus — cogitaveris fortasse de a. f. $^{709}/_{45}$ — inde a. v. 14 col. A incipiunt ea, quae praescribi solent foederibus, quae tum expleverint lapidem alterum i. e. versus quattuordecim, quod cum legatorum Mytilenaeorum nomina ibi adferri soleant magistratuumque potuerint (cf. XXI 15—22, XXII) incredibile non est. Ab altera parte monendum est supplementa mea tituli XXIII — pauca vide in corrigendis post conspectum libelli — omnia retinenda mihi videri esse (cf. Cichorii supplementa l. c. p. 15 eqs.). Ante omnia v. 14 quin recte expletus sit, dubitari non potest, quo versu eodem modo ac XXXI 2 demonstratur columnas titulorum continuisse litteras fere 66 (cf. ad XXX 3). XXIII B 16 eqs. Cichorii supplementa iam ea de causa vix ferri possunt, quod v. 17, ut ex litteris *το* prominentibus apparet, novum foederis caput incipit.

1 de Potamone Lesbonactis f. vide Cichorium p. 62 eqs. 3 de Crinagora poeta cf. eundem p. 47 eqs. Cichorius supplevit *χάριτά τε*, sed haec enuntiatio asyndetice adiungi solet, cf. VI A 18, ubi *τε* post *συμμαχίαν φιλίαν* et *συμμαχίαν* coniungit (cf. Cich. p. 11). Ceterum si ex hoc versu Cichorius latitudinem columnae cognosci posse putavit, monendum est in toto titulo litteras tum artius tum satis late esse incisas. Fieri igitur potuit, ut etiam in versu hoc extremo litterae latius a lapicida ponerentur. Qua de causa ubique legitimas formulas restitui, quo facto versuum longitudo etiam magis convenit versibus tit. XXIII et XXXI. 4 *ὅσα τε φιλάνθρωπα* supplevi. Cichorius: *ὅσα τέ ἐστι; ἐστίν* in v. 5 addidi. 6 verba *τού[του τοῦ πράγματος οὕτως]* iustum spatium explent, si litteras tantis intervallis scriptas fuisse sumimus, quantis *ἔδοξεν* in v. 7.

ἔδοξεν· χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανε[ώσασθαι, ἄνδρας καλοὺς κἀγαθοὺς καὶ φί-]
λους προσαγορεῦσαι, ἐν Καπετωλίωι θυσίαν π[οιῆσαι αὐτοῖς ἐξεῖναι ὅσα τε πρό-]
τερον ὑπὸ τῆς συγκλήτου φιλάνθρωπα συγκ[εχωρημένα ἐστίν, ταῦτα ἐν δέλ-]
τωι χαλκῆι γεγραμμένα προσηλῶσαι ἐξεῖναι [ἔδοξεν, ἵνα τε τοῖς πρεσβευταῖς]
Καῖσαρ αὐτοκράτωρ, ἐὰν αὐτῶι φαίνηται, τόπ[ον παροχήν τε καὶ ξένια κατὰ τὸ]
τῶν προγόνων ἔθος ταμίαν μισθῶσαι κελεύσ[ηι, οὕτως καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ τῶν δη-]
μοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαί[νηται. ἔδοξεν. Γράμματα Καίσαρος. Ἤδη]
πρότερον ἐνετύχετέ μοι καὶ ἔγραψα πρὸς [τὴν σύγκλητον? . . . .]

---

7 Cichorius supplevit [*τούτους ἄνδρας φί*]*λους*. 8 *αὐτοῖς* addidi. 10 *ἔδοξεν* addidi. Cichorius supplevit [*ἵνα τε τούτοις ὁ ὕπατος*] *Καῖσαρ αὐτοκράτωρ*. Sed *ὁ ὕπατος* ante *Καῖσαρ* ferri non potest, cum magistratuum denominationes in his graecis decretis convenienter exemplaribus latinis semper nominibus postponantur; neque Romani ad *ὕπατος* articulum addidissent. Denominatio vero inusitata *Καῖσαρ αὐτοκράτωρ* hoc modo explicari potest. In praescriptis enim senatus consulti cum omnes et plenae Caesaris adlatae fuerint denominationes, postea in medio senatus consulto ipso non omnes repetitae sunt, sed satis visum est hoc altero loco simplicem denominationem *αὐτοκράτωρ* adferre. *Αὐτοκράτωρ* vero hoc loco ea de causa non accipio cum Cichorio pro praenomine Caesaris, quia Octavianus praenomen Imperatoris nomini praemittere solebat (cf. tit. VI 1, IX 2, Mommsen Röm. Staatsr.[3] II p. 768). Ceterum commemoratione dignum est Octavianum ab ipso senatu, quem consulit, appellari imperatorem. 11 extr. *τό* inserui. 12 *οὕτως* addidi. 13 *ἔδοξεν* addidi. 14 in insula Samo legati Mitylenaeorum videntur Octavianum adiisse, cf. notam ad tit. VI, Cichorium p. 27 sqq. Ceterum si hanc Caesaris epistulam Cichorius p. 24 (cf. p. 30) senatus consulto insertam esse dicit, monendum est finem senatus consulti nobis servatum esse in v. 13. Epistula Caesaris igitur senatus consulto addita est.

XXXI.

Titulum Mytilenaeum edidit C. Cichorius Rom und Mytilene p. 42 sqq.

. . . . δε . . . . ρον //// Μυτιλ[ηναίων ἄρχουσι]
[βουλῆι δήμωι χαίρειν· εἰ ἔρρωσθε, καλῶς ἂν] ἔχοι· καὶ [ἐγ]ὼ δὲ μετὰ τοῦ στρατεύμ[ατος]
[ὑγίαινον· . . . .]καφενους Κριναγόρας Καλλίπ[που]

Hanc epistulam Augusti — nam eam illius principis aetatis esse ex Crinagorae et Potamonis nominibus apparet — ad Mytilenaeos inter a. $^{727}/_{27}$ — $^{729}/_{25}$ scriptam esse inde collegit Cichorius, quod Augustus in expeditione aliqua fuisset (cf. v. 2 *μετὰ τοῦ στρατεύματος*), quam solam Cantabricam esse posse optimo iure contendit. Mytilenaei enim cum Augusto honores decrevissent (cf. Cichorium p. 30 sqq.), legatos ad eum, qui illo tempore in Hispania bellum gessit, miserunt. Quibus benigne receptis Augustus has litteras, per quas Mytilenaeis gratias agit, scripsit.

1 *δε . . . . ρον* videtur esse *δὲ* [*τὸ δεύτε*]*ρον*, inter *ρον* et *Μυτιλ*[*ηναίων*] fortasse nihil excidit. 3 pro *ὑγίαινον* Cichorius *ὑγιαίνω* scripsit, sed cf. VI 6. Post *ὑγίαινον* fortasse *Ποτάμων Λεσβώνακτος* addendum est.

. . . . τας Δικαίου Ὑβρίας Διοφάντου, . . . ιαιος
[. . . . . Δημή]τριος Τιμαίου οἱ πρεσβευταὶ ὑμῶν συνέ-
[τυχόν μοι καὶ τὸ ψήφισμα ὑμῶν μοι ἀπέ]δωκαν καὶ περὶ τῶν τιμῶν διελέχθησαν
. . . . ν κατωρθώκαμεν καὶ εὐχαριστήσαντες
[. . . . . συνέ]τυχον μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας καὶ εισ
. . . . ων ἔχειν· ἐγὼ δὲ τούς τε ἄνδρας ἐπήνε-
[σα διὰ τὴν προθυμίαν αὐτῶν καὶ φιλοτίμ]ως ἀπεδεξάμην ἡδέως τε τὴν πόλιν
[ὑμῶν εὐεργετεῖν προαιροῦμαι κατά τε το]ὺς παρόντας καιροὺς καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦ-
[τα χρόνοις . . . .]αν ἐπιστάμενος ἣν ἔχοντες εὔνοι[αν]
[διατελεῖτε . . . .]¯ον Ποτάμωνα . . . . την Γ///?///
. . . . αὐτὸν ἐπ . . . ου . . . . . οντα . . .

6 supplevi. Cichorius p. 44 sqq ante ἔδωκαν coronam auream commemoratam fuisse contendit, sed illa corona mihi videtur fuisse inter eos honores, de quibus legati verba fecerunt. 10 supplevi; pro [φιλοτίμ]ως Cichorius scripsit [ἀσμέν]ως. 11 ὑμῶν εὐεργετεῖν προαιροῦμαι supplevi. 13 videtur scribendum esse [τ]ὸν Ποτάμωνα.

XXXII.

Titulum Mytilenaeum edidit C. Cichorius Rom und Mytilene p. 29.

Μυτ]ιληνα[ι . . . .
ὑ]μῶν Ποτ[άμων Λεσβώνακτος . . .
ον πρὸς ὑ[μᾶς . . . .
τ]οῖς ὑμετέ[ροις . . . .

ων αὐτοκρ[άτ . . . .
Π]ο[τ]άμων . . . .
ἱ αντικ . . . .

v. 1—4 fragmentum epistulae sunt, quam Augusti esse ex Potamonis nomine verisimile fit, sed v. 6—8 utrum senatus consulti an decreti Mytilenaeorum sint, diiudicari non potest. Cichorius supplevit [περὶ] ὧν αὐτοκρ[άτωρ Καῖσαρ Θεοῦ υἱὸς λόγους ἐποιήσατο]. Illam epistulam autem si litterarum formis, quae apud Cichorium exstant, fidem habere possumus, non puto esse fragmentum epistulae illius, quae incipit inde a tit. XXX v. 13 (cf. Cich. p. 30 et notam meam ad XXX 14).

Pars II.

I. De orthographia.

Si in orthographiam titulorum, de quibus agitur, inquirimus, primum comprobandum est eam esse eandem, qua Graeci illa aetate usi sint, deinde ea adferenda sunt, quae in verbis latinis scribendis memorabilia sunt, atque si quid adhorret ab usu Graecorum aequalium, id suo loco commemorare liceat. Monumenti vero Ancyrani orthographia, cum hic maxime investigandum sit, quae scribendi ratio valuerit saec. II et I a. Chr. n., nisi hic vel illic non tangetur.

Primum igitur quod priore loco dixi, explicare liceat. Invenimus ῑ saepe per ει redditum, velut ἡμεῖν (II 14), ὑμεῖν (V A 23, IX 27), ἀφειέται (XXIII 18) legimus multaque alia exempla possum adferre, in quibus tamen minime constantiam in singulis titulis inveniri neminem mirum habebit. Interdum etiam ῑ invenitur pro ει — XVIII 19 ἐπὶ pro ἐπεὶ certe lapicidae errori tribuendum est — ἀποβαλῖν et ἀπέδιξαν VI 13. 17, quae scribendi ratio reddit pronuntiationem inde ab Augusti fere aetate magis magisque usitatam. Tum tituli nonnunquam exhibent formas verbi ποιεῖν simplici ο scriptas velut I 3, III 9, XIV 5. 9. Uno loco (XVII 24) exstat etiam scriptura Ionica ἀοτ[οῖς], quae in titulis hic illuc reperiri solet[1]. Semper adhibetur vulgaris scriptura γίνομαι, γινώσκειν[2], semper σσ pro ττ uno loco excepto, qui exstat in epistula Augusti elegantissime scripta (IX 19), etiam σζ pro ζ invenitur XVIII 28 χαρπίσζεσθαι, μείσζονος in Mon. Anc. 15, 15 et ibidem 17, 18 legitur ζβέσαι[3]. ν ante γ κ χ et ante β π φ, ut illa aetate fieri solebat, et in verbis Graecis et in nominibus Romanis saepe pro γ et μ scriptum est, semel etymologica scriptura etiam in verbo σύνμαχος usurpata est XVIII 17[4]. Assimilatio in fine verborum constanter adhibita est in tit. III, rarius in ceteris, ut VI 19, XII A 10. 21. 22, XIV 2, XVIII 6. 58, item legitur IV 23 τὸμ μετά, XXI 42 ἓμ μέν; XI 48 ἐχ Θηβῶν, quae omnia Graecorum consuetudini dicendi et scribendi conveniunt. Sed ut haec omnia haud ita saepe in-

---

1 cf. G. Meyer Griech. Grammatik p. 118. 2 cf. Blass Ueb. d. Aussprache d. Griech. Berlin 1882 p. 74. 3 cf. Blass p. 76 et 99 sqq. 4 cf. Blass p. 71 sqq.

veniuntur, ita minime crebro crasis exstat eaque tantum in verbis *καί* et *αὐτός* cum articulo (*καλοὶ κἀγαθοί* plerumque in titulis legitur, in Antonii epistula *ταὐτῷ, ταὐτῇ*). Neque vero aspirationis vulgaris exempla, velut *ἀφεστάλκαμεν*, *ἀφ' ἴσου*, ulla exstant in titulis, de quibus agitur. Semel legitur secundum scribendi consuetudinem illorum temporum *οὐθενί* (I 12)[1]. Haud ita saepe vocalis in fine verborum abicitur, velut II 13 *μάλιστ' ἄν*, nisi quod plerumque in praepositionibus praeter *περί* et *πρό* hoc fieri solet. *ν* paragogicum constanter quidem positum est ante vocales, neque vero certa ratio adhibita est ante consonantes, ante quas nonagies quater additum, tricies semel omissum est. Ante vocales autem centies additum est. Ex hac ratione efficitur, ut supplementa Boeckhii in tit. XXIV (*ἄρχουσι· ἐ[π]ηρ[ώ]τ[ησε] Ἀρτεμίδ[ω]ρος*) ferri non possint. *ι* vero adscriptum, cum de eius usu accuratius disserere non opus sit, satis habeo in universum statuere usque ad Corinthum deletam, praeterquam quod pro *ηι*, in qua vocalium coniunctione *ι* primum evanuit, *η* ponitur, solere adscribi, deinde saepius omitti quam scribi, quamquam in nonnullis titulis, ut XVI, XVII, satis constanter positum est. Sed iam inde a Sullana aetate et maxime temporibus Augusti resurgit, sed ita ut falso addatur, velut legimus IX 4 *ὀκτωικαιδέκατον*, 16 *συνεπηιγμένον*, 22 *προήχθηι*, XVIII 22 *πρ(ο)σώιρισεν* XXIII 18 *ἀφειέτωι*. Idque monendum nunquam *ι* mutum adscribi tribuum nominibus, quia hi dativi videntur magis pro adverbiis accepti esse[2]. Ex tota vero hac disputatione facile intellegimus orthographiam in his decretis usurpatam magis eius esse, qui sermonem Graecum didicerit, quam cuius patrius sermo fuerit Graecus.

Deinde cum explicandum sit, quid in scribendis Latinis maxime commemoratione dignum sit, quia iam ante hos XV annos Dittenberger, quomodo nomina Romana reddi solerent graecis litteris praeclare exposuit (cf. Hermes VI p. 129 et 281 sqs.), breviter adferam primum, quae non conveniant sententiae Dittenbergeri, deinde ea, quae ille non tetigit.

Ut igitur pauca minoris momenti praemittam, si Ditt. p. 130 sqs. monuit solum exemplum scripturae *Τιβέριος* ante adoptionem Tiberii per Augustum factam inveniri C. I. G. II 2943 ex a. $^{753}/_{1}$, omisit commemorare etiam in tit. X anni $^{565}/_{189}$ exstare *Τιβέριος*, quod sane quidem unicum exemplum est illius aetatis, sed inde fortasse natum est, quod homo Romanus scripturam latinam secutus est[3]. Iam nonnulla exempla exstant vocalis *η* pro *ι* scriptae. In tit. enim XX 3 invenitur nomen *Καλουήσιος* et in tit. Deli reperto legimus *Ῥαβήριον* (Bull. de corr. hell. VI p. 608)[4]. At in tribuum nominibus Arnensis et

---

1 *μηθ' ὠπνι[οῦν]* frg. XXVII 16 positum est pro *μήτε* (= *μηδέ*) *ὠπνι[οῦν]* 2 itaque reiciendum est, quod Dittenberger Hermes VI p. 136 scribendum esse putavit in tit. C. I. G. II 3336 relato *Μᾶρκος Ἀντέστιος Γαίου υἱὸς Φυβίαι Οὐνικός*. 3 ceterum Augusti aetate videtur sonus vocalis latinae i magis ad puram vocalis i pronuntiationem inclinavisse. Illa aetate scribi coeptum est *Καπιτώλιον*, *Τίβερις* (utrumque in Mon. Anc.), *Τιβέριος*. Vix verum vidit Ditt., cum diceret ea de causa, quia per adoptionem Tiberii nomen magis vulgatum esset, scribi coeptum esse pro *Τεβέριος Τιβέριος*. 4 cf. Ditt. p. 147—149 et Blass p. 33 sqs.

Aniensis videtur illud *ης*, vel ut XII 13 legitur [*'Α . . ήν*]*ση*, inde explicandum esse, quod id agebatur, ut terminatio latina is acciperet etiam graecae terminationis colorem[1]. Praeterea pauca exempla adferam, quibus ostenditur ŭ etiam saec. II et I, quod Ditt. negaverat, reddi interdum per *ου*: XV 21 legimus *'Ρούβριος*, at *'Ρόβριος* XXI 12, Ditt. Syll. 255, 23 ex a. fere $^{100}/_{54}$ *Φούλβ*[*ι*]*ον*; item sententia eiusdem de consonanti latina *υ* (cf. p. 302) paululum restringenda videtur esse: primum enim *υ* saepius omnino non redditur: XI 4 *'Ολτε*[*ινί*]*α*, XVIII 60 *Νοεμβρίων*, apud Wescher et Foucart. Inscr. de Delph. 18 v. 17 (v. Ditt. p. 305) *Ὀτόριος*. Deinde si legitur C. I. A. III 595 *Οὐλτινία*, *ου* pro *υο* positum est. Saepius *υ* redditur per vocales, XIV 13 *Φόλυιος*, XV 33 *'Οκτάυιος*, VIII 11 *'Ραυ(ί)ου*, in tit. ut videtur saec. II Mitteil. d. deutsch. arch. Instit. z. Athen VIII p. 18 sqq. v. 14 *Μάνιος Μέυιος* (i. e. Mevius) *Μαάρκου 'Ρωμαῖος*, Bull. d. corr. hell. VIII p. 119 *Γάιον Κλόυιον*, quam scribendi rationem iniuria Ditt. p. 306 demum Caesarum aetate irrepsisse dicit. Etiam vocalis *ο* invenitur ita adhibita XX 8 *Σερούλιος*, eadem forma apud Conzium Ergebn. d. Ausgrab. z. Pergamon p. 76, *'Οαλ*[*έ*]*ριος* C. I. A. II 465 ex saec. II a. Chr., *'Οάδμων λίμνη*, lacus Vadimonius Pol. II 20, 2, quibuscum minime confundere debuit Ditt. (Hermes XV p. 158 sqq.) illud *ο* in initio nominis *'Ομοττόνης*[2], quod nescio an ex libyco illius hominis nomine explicandum sit. Nonnunquam *υ* redditur etiam per *β* (cf. titulos a Ditt. p. 303 adlatos et eiusdem Syll. 255, 23 *Φούλβ*[*ι*]*ος*, 367, 86 *Λιβίου*, 367, 130 *Βιβίου*). Videmus igitur quamquam usus is, quem Ditt. statuit, praevalebat, tamen omnes rationes, quibus consonans *v* reddi solebat, etiam inveniri saec. II et I a. Chr. Verbo denique tangam *Κουρείνα*, quod in tit. XX pro *Κυρείνα* vel ut postea etiam scribebatur *Κυιρείνα*, legitur; quae forma inde explicanda videtur esse, quod Romani nomen Quirini a Curensium urbe ducebant. Atque si Ditt. p. 153 adn. 2 dixit Mallii et Manlii nomina eodem modo a Graecis reddi (*Μάλλιος* sive *Μάλιος*), iam tit. XIV 6 hoc refutatum est, ubi legitur *Μάνλιος* (cf. III 1), item C. I. G. II add. 1999 b legitur *Μανλία* in titulo aetatis satis recentis. At XXI 16 re vera *Μαλλίου* videtur pro *Μανλίου* positum esse (cf. C. I. L. I p. 537).

Iam breviter accedamus ad alia: *Μάαρκος*, *Μαάρκελλος* legitur in tit. XI, XV, XVIII, in ceteris haec nomina simplicem *α* exhibent. Mommsen (Ephem. epigr. I 288) dixit hanc scribendi rationem inde videri fluxisse, quod Marcus natum esset ex Maharcus, ut ala ex ahala. Sed mihi videtur vocalis a geminata explicanda esse ex analogia dialecti Oscorum, apud quos vocales longae, maxime a, geminari solebant[3]. Adferendum etiam erit nomen

---

1 In tit. Assio (Papers of the american school of classical studies at Athen I Boston 1885 Inscr. of Assos n. LXX) terminatio *ις* servata est: *Ποπλίωι Οὐαρίωι* | *Ποπλίου υἱῶι 'Ανιήνσις* | *'Ακυίλαι*. 2 Pol. IX 22, 4 eundem nominat *Μυττόνης*. 3 cf. Mommsen Unterital. Dial. p. 207. Ceterum Graeci a Romanis, apud quos per Accium haec scribendi ratio in aliquantum temporis vulgaris fieri coepta est, illud aa non videntur accepisse, sed ab Oscis ipsis. Nam scribebatur nisi fallor iam saec. III a. Chr., priusquam Romanorum nomina in Graecia pervulgarentur, *Μάαρκος*. Legi enim in tit. Mantineensi, qui ubi editus sit me nescire quam maxime doleo, *Μάαρκος Κεραυνεὺς στραταγὸς 'Αχαίων*, quo titulo docetur apud Polybium II

tribus Oufentinae non reddi per *Οὐφεντεῖνα*, sed per *Ὠφεντεῖνα* XIX 6. Nam ne apud Romanos quidem purum u pronuntiabatur, sed magis ad of videtur sonus inclinavisse litterarum Ou, ut ex scriptura, quae interdum invenitur, Offentina colligere possumus [1]. Itaque etiam XV 21 et XX 10 scripsi *Ὠφεντεῖνα* [2]. Dubium mihi, ne hoc praetermittam, videtur, utrum ille *Σηστυίλλιος*, qui adfertur XX 9, Sextilius fuerit an Sestuillius quidam. Certe si illa forma nomen Sextilii redditum esse putamus, mirum in modum *υ* post *στ* insertum est. Fortasse nomen corruptum est. Ille *Παλλακεῖνος* autem eiusdem tituli vix cum editore Pallicanus potest intellegi, sed debet esse nescio quis Pallacinus. Praeterea pauca de consonantibus dicam: n ante s in vocabulis latinis aut retinetur (XV 9 *'Ανιήνσης*, 20 *'Αρνήνσης*), aut litterae, quae sequitur, assimilatur (XVIII 7. 13 *'Αρνήσσης*, 10 *'Αρνιήσσης*) aut eicitur (VII 1 *Πίκης*, XX 3. 12 *Κησωρῖνος*), ut etiam in verbis latine scriptis fit [3]. Tribus Teretinae nomen graece redditum est per *Τηρητεῖνα* XV 19 (cf. C. I. G. II 2637), XVIII 14 autem *Τηρηντίνα*, quod Mommsen mutandum censet in *Τηρητίνα* [4]. Sed cum apud Livium [5] etiam Terentina traditum sit, iam illa aetate verisimile est nomen tribus apud alios fuisse Teretinam, apud alios Terentinam. Neque quod vocalis *η* pro *ε* posita est, obstat ne *Τηρηντίνα* scribamus, cum Graeci e longum esset necne tam diligenter non curarent, cf. *σεστερτίων* et *σηστερτίων*, *Λοκρέτιος* et *Λουκρήτιος*. In nomine Ahenobarbi semel transiit r in l non propter errorem quadratarii, ut Mommsen ad XVIII 24 adnotat, sed propter confusionem cum Balbi nomine factam, cf. XVIII 24 *Αἰνόβαλβος* (sed XXII 2 *Αἰνόβαρβος*), in quo nomine apud Graecos, cum h evanesceret, pro ahe scriptum est *αι*. At in Clustuminae tribus nomine antiquior forma exhibet consonantem l, recentior r, cf. XVIII 11 *Κλυ(σ)τομίνα*, XXIII 1 *Κλουσ[τουμίνα]*, sed XV 40 *Κροστομεῖνα* [6]. Finem denique faciam in enumerandis compendiis, quae minime crebro inveniuntur: V A 1 *τὸ $\overline{β}$ καὶ [τὸ $\overline{γ}$]*, IX 6 in lapide Cnidio *Διονύσιος $\overline{β}$* i. e. *Διονύσιος Διονυσίου* ex usu per illas

---

10, 5; 41, 14; 43, 2 scribendum esse, quod etiam codices Polybii postulant, *Μᾶρκος*, non *Μάρκος*, quam Brandstaeteri coniecturam Hultschius probavit. Item si Ditt. p. 311 sqq. scripturam *Λεύκιος* etc. putat ex comparatione adjectivi *λευκός* fluxisse, paulo aliter res mihi videtur se habere. Nam Graeci iam saec. IV Lucanorum nomen reddebant per *Λευκανοί*. Itaque cum a Romanis acciperent nomina Lucii Lucilii Luculli, ea reddebant ex analogia nominis Lucanorum vel *Λευκανῶν* per *Λεύκιος*, *Λεύκολλος*, *Λευκίλιος*.

1 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 172.

2 Wood Discoveries at Ephesus append. VI p. 26 legitur *Ὠφεντεῖνα*, at p. 36 (cf. p. 8) *Οὐωφεντεῖνα*, ut etiam p. 44 latine scriptum est Vofentina. Sed Wood omnino non videtur intellexisse, cum p. 26 ad *Ὠφεντεῖνα* adnotaret: 'Sic, for *Οὐωφεντεῖνα* i. e. Vofentina', tribum Vofentinam esse Oufentinam.

3 cf. C. I. L. III 2 4247. 4570 Aniesis, C. I. L. I 747 Clemes.

4 cf. Mommsenum et Ritschelium de hac tribu Rhein. Mus. XII p. 467, XV p. 637, XVI p. 308. Tribus videtur derivari a fluvio Terede. Locum Festi (p. 363 Müller) ita restituit Mommsen: 'Teretina tribus a flumine Terede dicta existimatur et syllaba eius tertia mutata T pro D littera posita'.

5 Liv. X 9, epit. X. Sed Cic. ad fam. VIII 8, 5. 6; Planc. 8, 21; 16, 38; 22, 54 videtur Ter. sive Teretina scribendum esse. Nam in or. Planc. Teretina, ad fam. VIII 8, 5 Ter. traditum est. Idem apud Iosephum ubique restituendum esse codices probant.

6 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 171.

Asiae regiones sollemnes. Nunquam autem nomina Romana, denominationes magistratuum, tribus aliaque compendia, quae apud Romanos saec. II et I legitima fuisse inscriptiones latinae docent, in titulis graecis per compendia scripta sunt.

II. De verborum flexione.

Priusquam ad singulas res me vertam, liceat commemorare a communi dialecto non deflecti, si nomina et denominationes magistratuum doricorum forma dorica redduntur[1], si quidem eadem ratio valet in Graecorum titulis et apud scriptores[2]. In universum declinatio nominum convenit consuetudini saec. II et I a. Chr., velut accusativus pluralis nominum in *εύς* exeuntium terminatur in *εῖς* excepto [*Μελιτ*]*α*[*ι*]*έας* XII B10 et genetivus eorundem et substantivorum neutrius generis plerumque exit in *έων* (cf. V A 5 *Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων*, XI 18 *ὀρέων*, sed V B15 *ὀρῶν*). Semper nisi vim praepositionis habet, ut XVII 13.14 aliisque locis, usurpatur accusativus *χάριτα*, quem ab Ionibus usitatum esse constat quemque Moeris dici *ἑλληνικῶς*, *χάριν ἀττικῶς* adfirmat[3]. Sed omnes eruditi homines, ut Polybius alii usurpant accusativum *χάριν*. Item Ionibus debentur formae *ἔγγιον*, *ἔγγιστα*, pro quibus Attici dicere solent *ἐγγύτερον*, *ἐγγύτατα* (cf. XI 24 *ἔτη δέκα τ*[*ὰ*] *ἔγγιστα*). Neque mirum est, si legimus adverbia numeralia *δεκαέξ*, *δεκαπέντε* etc. et *τεσσαρεσκαιδεκάτωι* (XVIII 59), quae formae illa aetate usitatissimae erant[4]. Item forma *δυεῖν* (Mon. Anc. 11, 8) per eam aetatem fere legitima erat.

Quod verborum flexionem attinet, ante omnia commemorandae sunt formae ut leguntur in tit. XI 41 *ἀπήλθοσαν*, 51 *εἴπασαν* (cf. XII 21), quae formae non modo apud Alexandrinos[5], ut Mommsen dicit, verum etiam in sermone vulgari Boeotiae aliarumque regionum inveniuntur[6]. Vix commemoratione dignum est, quod plusqu. act. plur. num. pers. III terminatur in *εισαν* (XI 19 *ἐγε*[*γ*]*όνεισαν* Mon. Anc. 13, 8 *εἱστήκεισαν*), cum apud Atticos ea exire soleat in *εσαν*. Postremo adferre liceat XVI 89 inveniri *χράσθωσαν*, ut saepius in titulis posterioris aetatis *α* eius verbi retinetur[7].

1 cf. nomina propria IV 8.21.23, IX 8, X 2, XI 47.48, XII A15, B2 et IV 21 *δαμιοργῶν*. 2 cf. de Pol. Kaelker Leipz. Stud. III p. 233. Etiam Cicero in orationibus contra Verrem habitis utitur formis doricis. 3 cf. Harpocration et Moeris ed. Bekker p. 213. Etiam duobus Euripidis locis *χάριτα* traditum est: sed Electr. v. 61 iam diu ab Herweerdeno sanatus est et Helen. v. 1378 delendum esse mihi persuasit U. de Wilamowitz. 4 eae formae utrum apud Pol. tenendae sint necne, dubitatur: Kaelker p. 299 et Hultsch eas retinent, Stich Act. seminarii philol. Erlang. 1881 p. 151 cum Dindorfio Ed. Polyb. praef. vol. I p. XLV eas reiciendas putat. 5 cf. Sturz de dial. Maced. et Alex. p. 57 et Buttmann Gramm. d. neutestam. Sprachgebr. p. 34 sqq. 6 cf. Ditt. Syll. 233, 78; 367, 112.124.135.140. 7 cf. Ditt. Syll. 126, 50.59; 170, 19 et Kuehner Griech. Grammatik § 252, 5 adn. 5.

III. De syntaxeos arte.

§ 1. Articulus: In universum, qui titulos perlegerit, concedet Romanos amavisse omittere articulum, quod facile inde explicatur, quod sermo latinus articulo caret. Velut articulus ad nomina propria non additur, praeterquam quod IV 23, V A 31 cum de homine iam commemorato agatur, recte positus est; non additur ad magistratuum Romanorum denominationes, ad nomina gentium (praeter IV 9 et 15), plerumque etiam regionum, terrarum, insularum, urbium, montium nomina articulo carent. Saepissime non habent articulum loca quaedam Romae, velut *ἐν κομετίωι* legitur XI 2, XII A 10, XIV 2 alibi (at XVI 20 *ἐν τῶ[ι κομετίωι]*), *ἐμ βασιλικῆ Πορκία* XVIII 6, *ἐν Καπετωλίω* XXI 11 (sed XVII 25 *ἐν τῶι Καπετωλίωι*, XI 33. 35 *εἰς τὸ Καπ.*), idem Mon. Anc. 10, 8; ibid. 10, 3. 13; 19, 2 *ἐν Παλατίωι*, 7, 2 *ἐν πεδίωι Ἄρεως*, quae omnia in memoriam revocant dictiones Atheniensium velut *ἐμ πόλει*, *ἐμ πρυτανείῳι*. Item omittitur saepe articulus in formulis usitatissimis, ut *κατὰ δόγμα συνκλήτου* (sed XVII 8. 22, XVIII 3. 34 *κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα*), quacum re comparari potest, quod etiam Graeci dicere solent *κατὰ ψήφισμα βουλῆς*, deinde XVI 64. 124 *σύγκλητον διδόναι*, XVI 19, XVII 3 *συγκλήτωι συνεβουλεύσατο* (sed cf. X 9), tum *μετὰ συμβουλίου γνώμης* XVI 93, *ἐν συνβουλίωι* XVIII 6 et in similibus formulis. Nunquam articulus additur in formula de foedere renovando *χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι*, et in senatus consultis, quamquam saepe de certis rebus verba fiunt, tamen res sine articulo adferuntur, velut XVI 51. Ac ne apte quidem in prooemiis epistularum *τῶν δεινῶν ἄρχουσι βουλῆι δήμωι χαίρειν*, ut in titulis saec. I. a. Chr. constanter scriptum est, articulus omissus est (cf. V A 5 eqq., VI 3, VIII 2, IX 5, XVI 2. 15, XVIII 2, XXIV 1, at in tit. I II III IV X et in epistulis imperatorum Romanorum Traiani, Hadriani, aliorumque semper adest articulus[1]. XXIII 18 exspectamus (ὁ) *δῆμος* [*ὁ Μυτιληναίων*], XXI 29 *ὁ δῆμος καὶ* (*ἡ*) *βουλὴ* (cf. v. 32), V B 10 *ἐν* (*τῆι*) *πόλει Πλαρ. καὶ Ἀφρ.*, XII B 27 (*τοὺς*) *ἄνδρας*, I 3 denique exspectamus articulum iteratum *τήν τε ἰδίαν καὶ* (*τὴν*) *τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων προαίρεσιν*.

§ 2. Attributum: Ac ne in attributis quidem omnia recte se habent. Nam in tit. XXI tum legitur *ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων* (v. 27, 30, 31), tum falso *τῶ δήμω τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶ δήμω τῶν Ἀστυπαλαιέων* (v. 23, 38 cf. v. 32), tum *ὁ δῆμος Ῥωμαίων*, in quo titulo vix omnia quadratario tribuere possumus, quamquam eos in his rebus multum peccavisse, ut etiam in codicibus Thucydidis, Xenophontis, aliorum factum est, ex Mon. Anc. et Apollon. comparatione apparet. Nam cum in Mon. Anc. 3, 14 *τῆς* [*τε σ*]*υνκλήτου καὶ τοῦ δήμου τῶν*

1 etiam in Graecorum epistulis semper additur articulus. At similiter omissus est in titulis Milesiorum, cf. Ross Inscr. gr. ined. II p. 28 n. 121 (*Μιλησίων . . ἔδοξεν ἄρχουσι βουλῆι δήμωι*), Mitteil. d. deutsch. arch. Instit. z. Athen I p. 347 n. 14, X p. 118. 120. In titulo Milesio a Rossio II p. 27 n. 120 adlato articulus adest.

'Ρωμαίων legatur, in Mon. Apollon. rectius legitur *τοῦ δήμου τοῦ 'Ρωμαίων*. X 5 exspectamus *τὴν πόλιν τὴν Δελφῶν καὶ τὴν χώραν* pro *τ. πόλιν τῶν Δελφῶν*, repeti debebat articulus XI 47 *περὶ τῶν δικῶν (τῶν) Ξενοπίθιδος καὶ Μνάσιδος*, V B14, XVII 20 *ἐν τῆι φιλίαι (τῆι) τοῦ δήμου τοῦ 'Ρωμαίων*, cf. IV 7, XVIII 49, V B10, ubi ponendum erat [*τὸ δὲ*] *τέμενος θεᾶς 'Αφροδίτης (τὸ) ἐν πόλει* eqs. Nimis latine dicitur XII A14 *Θεσσαλοὶ Μελιταιεῖς . . . πρεσβευταί*, cf. XIV 4, XVI 22—26.

§ 3. Pronomina. Romani saepius utebantur pronominibus possessivis *ἐμός*, *ἡμέτερος*, *ὑμέτερος* quam genetivis pronominum personalium *μου*, *ἡμῶν*, *ὑμῶν*; III 12 *αὑτῶν* exstat pro *ὑμῶν αὐτῶν* (cf. Thuc. I 82?; Demosth. saepius, semper Pol. *αὑτῶν* pro *ἡμῶν* vel *ὑμῶν αὐτῶν* dicit). XXI 21 [*τ*]*αύτης συμμαχίας*, XXX 7 *περὶ τούτου πράγματος* legitur, ubi fortasse *τῆς* et *τοῦ* lapicidarum culpa omissum est, sed idem mendum ter redit in Mon. Anc. 8, 17 [*οὗτο*]*ς ἀριθμός*, 16, 17 *πρὸ τούτου χρόνου*, 12, 14 *μετ' ἐκεῖνον χρόνον*. Saepe in senatus consultis, in quorum exemplaribus latinis semper positum videtur fuisse pronomen 'is ea id', confunduntur pronomina *οὗτος* et *αὐτός*, velut XI 28 eqs. *αὐτοῖς ὅπως τειχίσαι ἐξῆι καὶ ἐκεῖ κατοικῶσιν οὗτοι*, v. 33 et 55 *αὐτοῖς* magis apte positum esset quam *τούτοις*, cf. v. 19 et 26, item XVI 91, cf. 112, XVI 114 autem pro *παρ' αὐτῶν* recte ponendum erat *παρὰ τούτων*, XVII 24—26 denique *αὐτοῖς* et *τούτοις* sine discrimine usurpantur. Parum graece XVIII 41 'quod idem senatus confirmavit' redditur per '*ὃ τὸ αὐτὸ ἡ σύνκλητος ἐπεκύρωσεν*, ubi dicendum erat *ὅτι ἡ σύνκλητος καὶ αὐτὸ ἐπεκύρωσεν*, item a graeco sermone abhorret, quod XI 48 (cf. notam ad h. l.) legimus, *καὶ Δαμοκρίτα Διονυσίου ἐχ Θηβῶν αὐτά*. Schmidt (Mittheil. d. deutsch. arch. Inst. z. Athen IV p. 241 eqs.) recte explicavisse mihi videtur hoc enuntiatum quomodo natum sit: aut scribendum erat *καὶ Δαμοκρίτα ὅπως ἐχ Θηβῶν ἀφεθῆι* aut *καὶ περὶ Δαμοκρίτας τὰ αὐτά* (scil. *ὅπως ἀφεθῆι*), sed utrumque mixtum est. *αὐτά* vero nullo modo graecum est, nec defenditur, ut ad tit. XI 36 adnotavi, verbo *ὑπεναντία*[1]. Neque tamen hunc locum mutandum esse censeo. Item a Graecorum sermone alienum est copulam *τε* inter utramque partem pronominis *ὅστις* ponere, velut V B 8 *ἅ τέ τινα*, XVI 92 *ἅς τέ τινας*, 113 *οἵ τέ τινες*. Scribendum enim erat *ἅτινά τε*, *οἵτινές τε* etc. Quicunque redditur saepe per *ὅστις ἂν ἀεί* XVI 111, *οἵτινες ἂν ποτε ἀεί* 107, *οἵτινες ἂν ποτε* XVII 23. Interpretes igitur per *ἀεί* vel *ἀεί ποτε* reddere voluisse videntur vim eam, quae inest in adverbio 'cumque'; ea de causa etiam addiderunt particulam *ἄν*, sed re vera satis erat illud *τις* pronomini *ὅς* addere. Graeci enim si vim pronominis *ὅστις* augere volunt, scribere solent *ὅστις οὖν*, *ὅστις δή*, *ὅστις δή ποτε* particula *ἄν* non addita. Parum graece V B 8 scriptum est [*καθ*]*άπερ καί τις πολιτεία*, ubi dicendum erat *καὶ πολιτεία τις*. *ἕκαστος* et *ἑκάτερος* promiscue usurpari solent, si de duobus hominibus vel rebus agitur: XII B 32 *ἑκατέροις* de duarum legationum

---

1 eodem enim modo, quo *ἐναντία*, *ὑπεναντία* adverbii loco usurpatum est, cf. p. 65.

hominibus, B 35 εἰς ἑκάστην πρεσβείαν de eisdem legationibus dicitur. Idem redit XIV 10. 11. 12.

§ 4. Notissimam legem, ex qua cum subiecto neutrius generis numeri pluralis coniungitur a Graecis numerus singularis verbi, interpretes Romani interdum neglexerunt: XI 18 ἃ αὐτῶν ἐγε[γ]όνεισαν, XVI 50 [τ]αῦτα πάντα κύρια ὦσιν, 91 [ταῦτα πάντα κύρια ὑπάρ]χωσιν, 108 ἵν[α ταῦτα] οὕτως γίν[ω]νται [1].

§ 5. Casus. Graecorum lege, ex qua ad nomen aliquod patris nomen nudo genetivo additur, neglecta in titulis, de quibus agitur, tum et ad nomina Romana et ad Graeca semper υἱός additur (cf. tit. XVII, XVIII), tum ad nomina sola Romana, non ad Graeca (cf. tit. IX, XI, XII), tum ne in Romanis quidem constantia extat (cf. tit. X, XIV, XV, XXII), abest vero υἱός a nominibus Romanis et Graecis in tit. IV. Verborum quae contra veterum usum cum genitivo coniunguntur, commemorare liceat ἀπομνημονεύειν (XVI 85) notione reminiscendi. Apud Atticos enim cum accusativo coniungitur tum significans 'in memoriam revocare' (Plat. leg. 2 p. 672 D, Aeschin. Ctes. § 85) tum 'reminisci' (Plat. Polit. p. 268 E, ibid. 273 B, cf. etiam Dionys. II 4). Cum genitivo vero invenitur apud Iosephum (bell. Iud. I 11, 3) et Diodorum. Genetivus qualitatis qui dicitur ex sermone latino in sermonem titulorum irrepsit, velut legimus IX 4, Mon. Anc. 2, 23; 3, 20; 8, 5 δημαρχικῆς ἐξουσίας (ὤν). Item nudis dativis interpretes saepius abusi sunt ad ablativos latinos reddendos, velut V B 8 τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν, optimo iure optimaque lege est; 11 [ἔ]στω ταὐτῷ <τῷ> δικαίῳ ταὐτῇ τε δεισιδαιμονίᾳ, ᾧ δικαίῳ καὶ ᾗ δεισ[ιδαιμονίᾳ . . .] ἐστίν, esto eodem iure eademque religione, quo iure quaque religione . . . est; XX 3 Λευκίῳ Μαρκίῳ Κησωρίνῳ καὶ Γαίῳ Καλουησίῳ ὑπάτοις, quam consulatus significationem etiam interpres Mon. Anc. adhibuit (cf. 9, 4 et 16, 12 ἐμοῖς αἰσίοις οἰωνοῖς). Item XV 4, Mon. Anc. 5, 16; 6, 15; 11, 4; 17, 22; 18, 14 S. C(o). redditum est per δόγματι συνκλήτου. Dativi vero velut τῆι ἐμῆι γνώμηι (cf. IX 37), qui iam apud Iones extant, etiam a Polybio (cf. IV 44, 4) usurpabantur. Parum graece XI 43 legitur περὶ τούτου τῆι δι[αν]οίαι προσέχηι, ubi exspectamus τὴν διάνοιαν προσέχειν, ut XII A 25; quod si non defendi, at certe explicari potest ex analogia dictionis, qua Aristoteles utitur ἐπιβάλλειν τῆι διανοίαι ἐπί τι. Cum accusativo secundum vulgarem usum posteriorum commemorare liceat verba καταλαλεῖν (I 6) et παρενοχλεῖν (III 17) esse coniuncta, quorum hoc ab Arist. π. μνήμης p. 453, a Pol. I 8, 1 nov. test. act. apost. 15, 19 aliisque locis cum dativo coniungitur, sed cum accusativo ab eodem Pol. XVI 37, 3, Diod. XIV 27, Plut. v. Rom. 21, illud cum accusativo exstat apud Pol. III 90, 6, XVIII 45, 1, XXVII 12, 2, cum genitivo apud Diod. XI 44, cum praepositionibus πρὸς c. acc. et κατὰ c. gen. in libris vet. test. (Psalm 49, 21,

1 idem de libris nov. test. statuit Buttmann Gramm. d. neutest. Sprachgebr. p. 110. Sed si apud Pol. XI 24, 4 legitur διηγωνίζοντο — τὰ κέρατα, exstat constructio quae dicitur κατὰ σύνεσιν. Nam τὰ κέρατα accipienda pro militibus, qui in cornibus sunt (cf. Kaelker p. 264).

Num. 21, 5). Ceterum secundum consuetudinem huius aetatis apud verba cum praepositionibus copulata repeti solent praepositiones exceptis duobus locis Augusti epistularum VI 8, IX 13.

§ 6. Praepositiones: Praepositionum usus satis amplus est in titulis, de quibus agitur, velut maximus est praepositionum numerus in tit. XI. Atque in universum potest dici rationem praepositionum adhibitarum eandem esse atque apud Polybium[1]. Pauca cum discrepent, quae separatim commemorentur explicenturque, sunt digna. Cum enim apud Pol. accusativus praevaleat, in titulis genetivus maximum obtinet locorum numerum, quod facile ex cumulato usu praepositionis *περί* explicari potest. *εἰς* quod inde ab Euripide magis magisque inveterascere et praevalere coepit, etiam in titulis, de q. a., saepe exstat, rarissime vero *σύν* legitur (IX 24, in epistula veterum rationem dicendi imitante, ter in Mon. Anc.), cuius praepositionis usum iam inde a. saec. V celeriter evanuisse Ty. Mommsen docuit, cum crebrius adhiberetur *μετά*[2]. Breviter autem de singulis praepositionibus agere liceat.

Ἀνά distributive tantum ponitur (XVIII 4 *ἀνὰ μέρος*), sed ad loci significationem adhibetur *κατά* aliaeque praepositiones (v. Krebs p. 34). *Πρό* semper pertinet ad tempus (cf. X 8, XI 2.22 *πρὸ τοῦ ἤ*), nunquam vero invenitur pro *ὑπέρ* vel *περί* (v. Krebs p. 39.3). *Ὑπέρ*, quod ad locum non pertinet, XVI 8 aliisque locis est 'pro' (*ὑπὲρ τῶν δημοσίων πράγμάτων* i. e. pro republica) saepiusque proxime accedit ad notionem praepositionis *περί* (cf. Krebs p. 40, Tegge Quaest. de Dionys. Hal. usu praep. specimen I 1876 p. 3, Buttmann p. 288), velut XVI 116. Neque vero *ὑπέρ* pro *περί* aut *περὶ* pro *ὑπέρ* hiatus evitandi causa ponitur, ut apud Pol., Dionys. Hal. (cf. tit. II 6, XVI 116). Contra usum Graecum XVI 81 pro magnitudine animi redditum est per *ὑπὲρ τῆς μεγαλοφροσύνης*. *Ἀπό* raro ad locum pertinet, velut III 2 (saepius *ἐκ*), raro ad tempus, velut XVII 15 Mon. Anc. 7, 15; 9, 21 (saepius *μετά* c. acc., ut XVII 13. 14. 21). At crebrius legitur *ἀπὸ τῆς τῶν δέκα πρεσβευτῶν γνώμης* (XII B 17), *ἀπὸ συνβουλίου γνώμης* (XVIII 29. 39. 42. 53), quam dicendi rationem nondum Polybius, sed Dionysius demum adhibet (cf. V 60, Tegge p. 35); pondus vel pretium significatur XII B 13, XIII 8, XIV 12, XVI 31 *ξένια ἀπὸ σεστερτίων*, *στέφανον ἀπὸ ταλάντων*[3], XIV 12 etiam *ἕως* additum est ad *ἀπὸ σεστερτίων*, quod apud scriptores non invenitur nisi ante praepositiones *εἰς*, *περί*, *πρό* (cf. Krebs p. 19). In adverbii vim

---

1 de praepositionum usu Polybiano praeclare egit Fr. Krebs Beitr. z. histor. Syntax d. griech. Sprache hg. von Schanz. 1. 'Die Präpositionen des Polybius' Würzburg 1882.
2 cf. programmata gymnas. Francofurt. a/M. 1874, 1876, 1879. Idem statuerunt Geyer Observat. epigr. p. 32, Eucken Ueb. d. Sprachgebr. d. Aristot. p. 29. 3 Stich Act. semin. philol. Erlang. 1881 p. 156 exemplis ex Polybio conlatis (XXI 34, 4, XXXII 3, 3, sed XXI 36, 4 abest *ἀπό*) hanc dicendi rationem sermoni posteriorum propriam esse dicit. Sed iam ap. Xen. Hell. IV 2, 7, Anab. I, 19 *ἀπό* similiter usurpatum est, ap. Dem. p. 256, 25 legitur *χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα*, item in inscr. Atticis, ut C. I. A. II 117, 36 ex a. a. Chr. $^{340}/_{339}$, et in tit. Iliensi Archaeol. Zeit. XXXII p. 153 v. 32 paulo ante a. 306 scripto et in tit. Delio saec. III Bull. de corr. hell. IV p. 327 n. VI 20.

abiit *ἀπό* in dictione *ἀπὸ τοῦ βελτίστου* (I 7, cf. tit. Ditt. Syll. 171,49. 50 a. fere 244 a. Chr., Dion. Hal. I 76, VIII 49), ut ap. Pol. legitur *ἀπὸ τοῦ κρατίστου* (VI 56, 3, VIII 19, 4). Insolentius denique II 20 dictum est *ἀφορολόγητον ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων*. *Ὑπό* c. acc. ponitur ad *τάσσεσθαι* XXI 27. 33, ut ap. Diod. II 26, 8, ut ap. Pol. IV 77, 10, V 79,4 *εἶναι ὑπό τινα*, I 6,16; 10, 7 *ποιεῖσθαι ὑφ' αὑτόν* legitur (cf. Krebs p. 50; sed XVIII 11, 4 Pol. dicit *τάσσεσθαι ὑπό τινι*). Eleganter IX 22 *ὑπ' ὀργῆς* dictum est, cum Polybius dicere soleat *κατ' ὀργήν* vel similiter. *Παρά* c. accus., quod non iam invenitur apud verba veniendi aliaque — nam usurpatur *πρός* et *εἰς* (v. Krebs p. 55) — uno loco Mon. Anc. 3, 18 legitur *παρὰ τὰ πάτρια ἔθη*, c. gen. additum est ad verba *συναντᾶσθαι* (II 14), *ἀποδέχεσθαι* (III 14), *μεταπορεύεσθαι* (XVII 17. 18), apud passivum exstat II 4, XVI 14. 120 (cf. Krebs p. 51), pro simplici genetivo adhibitum est *παρά* c. gen. III 8 *οἱ παρ' ὑμῶμ πρέσβεις*, cf. X 1, XI 41, XVI 63. Huc etiam referenda formula *ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ παρὰ δήμου καλοῦ κἀγαθοῦ*, item pro simplici genetivo legitur *παρά* c. dat. V A 49, IX 29 (cf. Krebs p. 52 eqs.). *Διά* locum et tempus significat: XVI 77, XVII 19 *διὰ τέλους* (Pol. *εἰς τέλος*, Attici *διὰ τέλους*), XVI 3 *διὰ προγόνων* i. e. inde a maioribus.[1] Ratio hac praepositione significatur IX 12 *διὰ βασάνων ἐξετάζειν*, c. accus. coniuncta habet vim causalem (II 17, XVI 44). *Μετά* c. gen. invenitur in formulis *μετὰ συμβουλίου γνώμης* XVI 93 cf. XV 3, IV 9, ut etiam Pol. II 11, 5 dicit *μετὰ τῆς τοῦ Δημητρίου γνώμης*. Eleganter II 8 *μετὰ πάσης προθυμίας*, IX 15, 33 *μεθ' ὕβρεως* dictum est. Cum accusativo *μετά* tempus significat. *Ἐπί* c. acc. tantum ab Augusto adhibetur ad locum significandum IX 32, ceteri usurpant *εἰς* et *πρός*. Mirum in modum interpres Mon. Anc. 'Romae' reddidit per *ἐπὶ Ῥώμης* nescio an adductus plane diversi generis dictione, velut *ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως στρατηγός*, quam dictionem in titulis et apud scriptores (cf. Pol. I 66, 1) usitatissimam esse notum est. *Ἐπί* c. gen. adhibetur pro 'coram, apud' XII A 27 eqs., B 20. 21, XVII 19, cf. Ditt. Syll. 240, 21, item cum dativo in eodem tit. XII A 27, cf. Diod. XVI 93 Demosth. p. 416, 28. Huc quoque pertinet praetoris peregrini denominatio *ὁ ἐπὶ τῶν ξένων στρατηγός* XVII 2, XXI 17, XXII 5. Deinde etiam tempus significat cum genitivo magistratuum nominum coniunctum: *ἐπὶ ὑπάτων* etc. Rarius c. dat. coniungitur, velut IV 19 ad significandum id, quod nobis proposuimus, VI 20, Mon. Anc. 1, 4, *ἐφ' οἷς πᾶσιν*, [*ἐφ ο*]*ἷς* ad causam significandam, 'quae cum ita se habeant[2]'. Cum verbis denique affectis *ἐπί* c. dat. legitur V A 18. 30. 41, XVI 24. *Πρός* cum adiectivo, ut alia omittam, adverbialiter usurpatum est IX 31 *πρὸς τὰ ἐναντία*, quae dictio singularis comparari potest cum dictionibus veterum scriptorum, ut Herodoti

---

1 Krebs negat in his verbis temporis notionem inesse et ap. Pol. XII 5, 6 putat *τὰ διὰ τῶν προγόνων ἔνδοξα* esse ea, quae per maiores gloriose gesta sunt. At locus mihi videtur postulare, ut vertamus 'inde a maioribus'. Ceterum *διὰ προγόνων* item legitur C. I. G. II 3047, 2; 3050, 8; 3058, 3; add. et corr. 2561 b, 22; Ditt. Syll. 215, 1; Mitth. d. deutsch. arch. Inst. z. Athen VI p. 71 v. 14. Temporis significationem habet etiam ap. Plat. de rep. I p. 328 B, Tim. p. 22 D. 2 Krebsio assentiri non possum, qui de temporis notione cogitat.

πρὸς τὰ μέγιστα, ut Xenophontis *πρὸς πάντα*, ut etiam Polybius dicit *πρὸς χάριν*, *πρὸς τρόπον*. Cum genetivo autem, quocum ea aetate rarissime coniunctum est[1], *πρός* in titulis d. q. a. non exstat. *Ἐκ*, quod multo saepius usurpatur, quam *ἀπό*, adest apud verba haec: *στοχάζεσθαι* (I 16, II 14, cf. Pol. I 14, 2; 26, 9, sed III 68, 10 *στοχ. διά*), *πείθεσθαι* (II 15), *φαίνεσθαι* (XI 12 etc.); originem significat XI 11 *οἱ ἐκ τῆς συνκλήτου* et V A 39; adverbialiter legitur XVII 21 *ἐξ ἀκεραίου* (cf. Pol. VI 24, 9; IX 31, 1; Krebs p. 65). *Κατά* c. gen. insolentius post *ἀγανακτεῖν* positum est IX 32. 35, cum accusativo saepius ad loci significationem (XXI 24, XXII 4), saepius distributive (XIII 8, XXI 14) usurpatum est, IV 14. 15 habet vim separativam *κατ' ἰδίαν*, *κατὰ κοινόν* (Attici *ἰδίᾳ*, *κοινῶς*), saepe invenitur in formulis *κατὰ τὸ διάταγμα*, nonnunquam etiam genetivus hac praepositione circumscribitur, ut XI 6. 9. *Εἰς* coniungitur I 9 cum *καθήκειν*, ut etiam ab Aeschine de f. leg. § 25, sed notione veniendi[2]; dictione *κατασκευάζειν εἰς τὸ Καπετώλιον* (XI 33. 34) videtur redditum esse 'in Capitolium condere' vel 'deponere'. Nam 'in Capitolio ponere' verisimile est interpretem redditurum fuisse per *ἐν τῶι Καπετωλίωι ἀναθεῖναι*[3]; *παρεῖναι εἰς Ῥώμην* (XVI 63) sermoni Polybianae aetatis convenit (cf. Krebs p. 107), adferendum etiam est *δογματίζειν εἰς τοὺς λόγους*, quod XVIII 54 legitur. Postremo addere liceat *εἰς* etiam apud homines poni pro *πρός*, *ὡς*, *ἐπί* (v. Krebs p. 107), velut XI 50 [*εἰ*]*ς τὸν στρατηγὸν ἐνενκεῖν*, XII B 32 *ξένια δοῦναι εἰς ἑκάστην πρεσβείαν*, cf. XIV 12, Mon. Anc. 8, 7 *ἐμαὶ ἐπιδόσεις οὐδέποτε ἧσσον ἦλθ[ο]ν ε[ἰ]ς ἄνδρας μυριάδων* (scrib. *ἀνδρῶν μυριάδας*). *Περί* c. acc. raro invenitur circumscribendi causa IV 4, XII A 2, cf. C. I. G. II 2059, 2076, 2080, 2081; *ἀμφί* iam a Thucydide ita raro usurpatur, a posterioribus nunquam (cf. Krebs p. 98 et Debbert De praep. *ἀμφί* et *περί* usu Thucyd. Königsb. 1880 p. 29). *περί* c. dat. non invenitur (cf. Krebs p. 101 adn. 1); *περί* c. gen. saepissime legitur pro Romanorum praepositione 'de' et maxime in senatusconsultis frequentatur ob eorum formulas et totam rationem dicendi, ita ut saepe parum apte positum sit, velut XI 38—40. Ut alia omittam, II 11 *διακούειν* coniunctum est cum *περί τινος* secundum sermonem Polybii, cum Attici soleant dicere *διακούειν τί τινος* vel *παρά τινος*, IX 10 legitur *κατηγορεῖν περί τινος*, ut apud Thuc. VIII 85, 2; XI 43, XII A 24 *τῆι διανοίαι* vel *τὴν διάνοιαν προσέχειν περί τινος*, quarum dictionum haec apud Plut. v. Numae c. 14 exstat, illa omnino non graeca est. Postremo XI 48 mirum in modum scriptum est *περὶ τούτων τῶν πόλεων ἀφεῖναι ἔδοξεν* (cf. ad XI 48). Neque vero de neglegentia interpretis cogitem, qui 'de (i. e. ex) iis civitatibus dimittere' falso reddidit per *περὶ τούτων τ. πόλεων ἀφεῖναι*, sed ex rigido formularumque pleno sermone mihi id videtur explicandum esse: *περὶ τούτων τῶν πόλεων ἔδοξεν* i. e. quod has urbes attinet,

---

1 apud. Pol. ter (Krebs p. 113), de Aristotele cf. Eucken l. c. p. 68, de Theophrasto Müller De Theophr. elocut. p. 22. 2 verba sunt: *καθῆκεν εἰς ἡμᾶς ὁ λόγος*. Apud Synesium legitur *χάρισαι τοῖς εἰς τὸν ἀπελθόντα καθήκουσι τὴν εἰς τὸν ἀνεψιὸν ἐκείνου τιμήν*. 3 vix fuit in exemplari latino in c. acc. pro in c. abl. positum 'in Capitolium ponerent', ut C. I. L. I 198, 13; 200, 1. 55. 74; 206, 50, cf. Gellius N. A. I. 7.

censuere *ἀφεῖναι* (scil. *ἐκ τούτων τῶν πόλεων*). *Ἐν* ponitur apud verba haec: *καταχωρίζειν* III 6 (sed XVIII 31 *εἴς τι*), *ἐμμένειν* XI 7 (sed XIV 11. 12 *ἐμμένειν τινί*, ut veteres boni auctores dicere solent), *ἀναθεῖναι* XXI 42. 43, quod verbum etiam cum *εἰς* solet iungi, insolentius ad *ἐντάσσειν* V A 48 et *προσθεῖναι* XXI 41 additum est *ἐν* pro *πρός* vel *εἰς*. Nonnunquam etiam praepositione *ἐν* genetivus circumscribitur, ut IX 38.

Accedunt ad has praepositiones adverbia, ut *ἔναντι* (XI 52), quod pro Atticorum *ἔναντα* in libris vet. et nov. test. legitur, ut *ὑπενα[ντί]α* (XI 36 *οἵ τινες ὑπενα[ντί]α ... εἰσίν* quae locutio videtur nata esse ex latina 'advorsum esse'), pro quo adverbio saepius dici solet *ὑπεναντίως* vel *τὰ ὑπεναντία* (Dio Cass. XL 6)[1]. Postremo adferre liceat XII B 16 falso scriptum esse *ἕως τὰ [νῦν]* pro *ἕως τοῦ νῦν* vel *ἕως τούτου*[2].

§ 7. Temporum usus. In epistula VI 5 ea scribendi ratio adhibita est, ut temporis, quo is, qui epistulam accepit, legeret eam, ratio habita sit: nam ibi scriptum est *καὶ αὐτὸς δὲ μετὰ τοῦ στρατεύματος ὑγίαινον* (cf. XXXI 2, sed V A 9 praesens exstat *ὑγιαίνω*). Idem videtur valere in epistula I, ex qua etiam cognoscitur perfecti usus amplissimus, ut etiam IV 24 legitur *ἐφαίνετο ἠδικηκώς*, V A 14 *ἐπιμελέστατα πεφροντ[ι]κώς*, ubi *ἀδικήσας* et *φροντίσας* exspectamus. Sed ut alia exempla praeteream, XVI 35 *φιλανθρώπως κεχρῆσ[θ]αι* vim praesentis habet, velut saepius etiam apud Polybium[3]. Nulla omnino accurata temporum distinctio invenitur in titulis, tum aoristus ponitur (IV 9 *τῇι ἀποδοθείσηι πολιτ[εία]ι*, cf. 19), tum eadem vi perfectum (IV 15 *[τ]ῆς ἀποδεδομένης [ἐ]λευθερίας*), item IV 18 eqs. *τὸν γεγονότα ἀρχηγόν ... καὶ νομογραφήσαντα*, I 15 *ἐὰν ὑμᾶς διδάξωσιν καὶ φαίνωνται εὐγνώμονα λέγοντες*. Coniugatio periphrastica, ex qua pro simplici perfecti passivi forma participium perfecti passivi cum copula *εἶναι* ponitur, quae scribendi ratio aetate illa iam magis magisque apud Graecos inveterascebat[4], usitatior etiam est in titulis de quibus agitur, velut saepissime exstat in tit. XII, cf. A 29 *[κεκρι]μένον αὐτοῖς ἦν*, B 22 *κεκ[ρι]μένα εἶναι*, 28. 30. 31 *κεκριμένα ἐστίν*, 24 *γεγονός ἐστιν*, XVII 21 *κριτήρια ... γεγονότα ἐστίν*, XVIII 17 *προσηγορευμένος ἐστίν*, 59 *γενόμενόν ἐστιν*. Praeterea nonnunquam studium aliquod cognoscitur perfecti historici 'fui' reddendi per aoristum *ἐγενόμην* (cf. Mon. Anc. 2, 2; 2, 19; 8, 22; 9, 22), item XI 25 verba 'cuiuscunque quid eorum fuit' reddita sunt per *οὐ ποτέ τι αὐτῶν γέγονεν* i. e. 'factum est' sive simpliciter 'est'. Aut erat scribendum *ἦν* aut *ἐγεγόνει*, ut XI 18 'quae eorum fuerant' redditum est per *ἃ αὐτῶν ἐγεγόνεισαν*, quae omnia maxime interpretationem a Romano factam redolent.

---

1 eodem modo *ἐναντία* iam ab Atticis pro adverbio usurpatum est, cf. Thuc. I 29, III 55, Plat. Symp. p. 194 B aliosque locos. 2 item legitur in tit. Ephesio a. $^{668}/_{86}$ aut $^{669}/_{85}$ Leb. et Wadd. Voy. arch. III 136 a *μέχρι τὸν νῦν χρόνον*, quem soloecismum lapicidae neglegentiae tribuit Waddington. 3 V 51, 3, I 22, 11, etiam V 31, 6 perf. iam ad praesentis notionem pertinet. Itaque quod Stich p. 185 V 51, 3 *κεχρῆσθαι* mutat in *χρῆσθαι*, reicitur titulorum et scriptorum usu. 4 de libris nov. test. id testatur Buttmann p. 266, 267 adn.

§ 8. Particula ἄν. Natura titulorum efficitur, ut saepe particulam ἄν adhibitam inveniamus et in enuntiatis relativis condicionem quandam continentibus (ὅστις ἄν, οἵτινες ἄν, ὅσοι ἄν) et in formulis, ut οὕτως καθὼς ἂν αὐτῶι ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται; neglegenter vero XVIII 67 ἄν ab interprete additum est: οὕτως καθὼς ἂν . . . . . ἐφαίνετο, manifesto ea de causa, quod ἄν scripsit ex formulae, quam modo attuli, consuetudine verbi quod sequi debebat ratione non habita. In eodem tit. etiam legitur ὡς ἂν . . . συντελέσουσιν (v. 48), quod minime Polybii loco (XXXVIII 11, 7) defendi potest, cum excerptum illud de illius scriptoris sermone nihil probare possit. Qua de causa hanc dicendi rationem ex hominis Romani imperitia natam esse iudicabimus. Sed etiam particulae recte adhibitae multa exstant exempla, cf. II 13, IX 27. 28. 37.

§ 9. Enuntiata hypothetica. Saepe ἐάν usurpatum est in formulis ἐὰν φαίνηται, ἐὰν θέλωσιν; XXI 40 ἐὰν βούλονται et ἐὰν θελήσει ut in titulo corruptissimo, correxi. XVII 22 falso εἰ — ὀφείλωσιν scriptum est pro ἐὰν — ὀφείλωσιν, quam neglegentiam scribendi etiam in libris nov. test. inveniri Buttmann p. 190 sqq. testatur. Etiam optativi cum ἄν et particulae εἰ c. ind. exempla exstant in formula εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι XVIII 2, V A 8, VI 4, XXXI 2 (cf. Krüger Griech. Sprachl. I 54, 12, 7). Irrealis denique recte ab Augusto IX 28 positus est. Inauditum vero genus dicendi invenimus in foederibus: XXI 27, cf. 32, XXIII 23, cf. 18 legimus pro ἐάν τε ὥς τε c. coni., quod unde natum sit, vix explicari potest. Nam in exemplari latino utrum 'ut' an 'cum' fuerit, dubium est. Certe ad ὡς ἄν addendum erat, ne plane a sermone Graeco abhorreret (cf. N. T. I. Cor. 11, 34, Phil. 2, 23. Buttmann p. 199 sqq.).

§ 10. Enuntiata finalia. Particularum finalium inveniuntur plerumque ὅπως, rarius ἵνα, cum Polybius rarissime utatur ὅπως et ὡς, plerumque ἵνα (cf. Kaelker p. 191 sqq.). Cum autem enuntiatum finale negandum esset, scribebatur ὅπως μή, ἵνα μή (ut ne), sed contra illius aetatis sermonem XVII 15. 22 particula latina 'ne' simpliciter redditum est per μή. Semper coniunctivus exstat in his enuntiatis, ut etiam a Polybio optativus rarissime positus est (v. Kaelker p. 288 et de libris N. T. Buttmann p. 201). Polybii consuetudinem secuti interpretes etiam verba censendi, dicendi, iudicandi, quae a classicis, qui dicuntur, auctoribus cum infinitivo solent coniungi, cum particulis ὅπως vel ἵνα iungunt. Sed alia res maioris momenti. In enuntiatis enim, quibus sententia finalis exprimitur, non tam grammaticas leges secuti sunt interpretes quam constructionem verborum latinorum. Hoc apparet ex Mon. Anc. Ubi enim 'decrevit' cum inf. gerundii coniunctum est, interpres posuit infinitivum aor. pass. (cf. Lat. 2, 39 = Gr. 7, 2; Lat. 2, 45 = Gr. 7, 10; Lat. 6, 27 = Gr. 18, 14)[1]. Sed Lat. 3, 3 cum legeretur 'ut interessent — decrevit senatus' interpres scripsit ἵνα μετέχωσιν — ἐψηφίσατο (Gr. 7, 16), cf. Gr. 3, 15 = Lat. 1, 39; Gr. 5, 17 =

1 Gr. 2, 18 nimis latine δεῖν θύεσθαι ἐψηφίσατο = Lat. 1, 26 decrevit supplicandum esse.

Lat. 2, 22. Ita etiam magna constructionum varietas senatus consultorum et menda sunt explicanda. Sed ut ad singula me vertam, *ἔδοξεν* aut cum *ὅπως* iungitur aut cum *ἵνα* (cf. XVI 91) aut cum infinitivo. Sed summae ignorantiae est scribere *ἔδοξεν ὅτι . . κελεύσῃ* (XXI 9, cf. 5); *κρίνω*, quod a Graecis semper cum infinitivo coniungitur, ut etiam in tit. d. q. a. fit, XVII 12 positum est cum *ὅπως*; *διαλέγεσθαι* et *λόγους ποιεῖσθαι* aut iunguntur contra usum Graecorum cum infinitivo — verba facere aliquid esse — aut cum particula *ὅπως* (cf. de Pol. Kaelker p. 290, qui de latinismo Polybii cogitat), si significatur, ut aliquid fiat; ut alia omittam, velut *ἐντολὰς διδόναι, ἵνα* (XVI 59), breviter addere liceat verba consulendi et providendi in titulis plerumque cum *ὅπως* vel *ἵνα* coniungi, saepius vero, ubi in decretis latinis gerundium exstitisse videtur (XVI 61. 114, XVII 24, XXI 7), parum graece infinitivus post ea verba positus est[1]. Item IX 38 ab Augusto *προνοήσαντες* cum infinitivo coniunctum est, ubi *ὅπως* exspectamus. Infinitivus enim similiter non extat nisi apud Eur. Hipp. 397 et Aristoph. Nub. 975.

§ 11. Coniunctivus latinus. Coniunctivus latinus interdum parum graece redditus est coniunctivo graeco. XI 8 eqs. enim scriptum est: *περὶ ὧν . . . λόγους ἐποιήσαντο . . . ὅπως αὐτοῖς δοθῶσιν, [ο]ἷς τὰ καθ' αὑτοὺς πράγματα ἐξηγήσωνται*, ubi rectius indicativus futuri poneretur; XVI 100 eqs. legitur *ὅπως . . . ἐπιγνῶι διατάξη[ι, ὅσας ἑκάστη] προσόδους . . . τελῆι*, ubi aut indicativus poni debebat, ut in v. 112, aut optativus, qui tamen a sermone posteriorum alienus est. Saepius denique parum graece pro Romanorum coni. cohortativo etiam in exemplari Graeco coni. positus est, particula *ὅπως* non addita, cf. XII B 24 eqs. (*κελεύσῃ* v. 34), XIII 10, XIV 13, XVII 23.

§ 12. Infinitivus. Raro invenitur infinitivus post verba censendi et iubendi, ut IV 25, IX 11; cf. quae § 10 de hac re dixi. Satis frequens est usus infinitivi a praepositione pendentis, velut XVII 13 *μετὰ τὸ τούτους . . ὁρμῆσαι*, cf. v. 14 et 21, ubi *τούτους* neglegenter omissum est; item cf. V A 22 eqs., 41, XVI 28. Ac si graece scribere voluit interpres tit. XI, scribere debebat (v. 22) *πρὸ τοῦ ἤ* vel potius *πρὸ τοῦ . . . προσαγαγεῖν* pro indicativo, quem posuit *προσήγαγεν*[2]. Bis etiam ex sermone latino pron. refl. irrepsit in constructionem, quae vocatur accusativi cum inf.: XVII 8 *τούτους ἑαυτὸν ἀπολῦσαι βούλεσθαι*, XVIII 64 eqs. *ἀπήγγειλαν . . . ἑαυτοὺς ἐπεγνωκέναι*, quam consuetudinem etiam in Polybii libros ex sermone latino irrepsisse Kaelker p. 280 dicit. (cf. item Buttmann p. 255 eqs.).

§ 13. Participium. Saepius neglegentius pro participio coniuncto positus est ge-

---

1 XVIII 38 *καρπίζεσθαι ἔδωκαν κατέλιπον* videtur scriptum esse particula *ὅπως* non usurpata, quia in exemplari latino fuit 'fruendum dederunt reliquerunt'. 2 *πρὸ τοῦ ἤ* ad verbum reddit vocabulum priusquam. *ἤ* non obstaret, ne infinitivum scriberemus; dicitur enim cum eadem verborum constructione *πρίν* et *πρὶν ἤ* (cf. Kaelker: de hiatu in libris Diod. Sic. Leips. Stud. III p. 310). Similiter *ἤ* additum est XVIII 36 *ἐκτός τε τούτων ἢ εἴ τι* i. e. extra ea quam si quid.

netivus absolutus, ut I 15 eqs. ἐὰν ὑμᾶς διδάξωσιν καὶ φαίνωνται εὐγνώμονα λέγοντες στοχαζομένων ὑμῶν, cf. II 22 eqs.; XVIII 3 eqs. contra Graecorum dicendi leges post εἰδέναι infinitivus ἐπεγνωκέναι positus est pro participio, insolentius IX 25 ἐμμένειν cum participio coniunctum est — scribendum erat διαμένειν vel διατελεῖν —, insolentius etiam participium ὤν interdum omissum est, ut IX 4 δημαρχικῆς ἐξουσίας (ὤν), XVI 101, ὡς αὐτὸς αὐτοκράτωρ (ὤν), saepe in Mon. Anc.[1].

§ 14. Verborum genus. Secundum usum posteriorum legitur in titulis de quibus agitur πρεσβεύειν pro medio πρεσβεύεσθαι (XVI 13. 83, cf. Pol. XXI 17, 12; 24, 5, sed apud eundem XXI 19, 5 exstat medium); ἀποκριθῆναι, quem aoristum passivum apud posteriores usitatissimum esse pro medio ἀποκρίνασθαι, quod Attici usurpabant, nemo nescit, invenitur XII B 27, XIV 10, XVI 67, XXI 5, IX 38 positum est προνοεῖν pro eo, quod saepius usurpatur προνοεῖσθαι vel προνοηθῆναι, sed eodem modo activum etiam exstat Ditt. Syll. 171, 89. 106. Falso denique πολιτεύειν pro medio πολιτεύεσθαι usurpatum est X 6.

§ 15. Particulae. De particulis in epistulis usurpatis cum si de epistulis disputabo, agam, hic satis erit rationem habere senatus consultorum et foederum, in quibus, ut etiam ex natura titulorum facile intellegitur, subtilitas ulla elegantiave quod particularum usum attinet non potest inveniri. Nam praeter καί, τέ quarum haec pro Romanorum 'que', illa pro 'et' posita est, deinde praeter δέ, οὐδέ, μηδέ, οὔτε, μήτε nullae inveniuntur; μέν, οὖν, μέντοι, γάρ, μήν aliae alienae sunt ab his decretis nec magis enuntiata vel singula vocabula per τε — καί coniunguntur[2], nisi quod XXI 12, si lacuna recte expleta est, τε καί falso positum est. Deinde XVII 28 in verbis καὶ ἀποστέλλειν τε particula καί abundat. Parum graece XVIII 41 ad enuntiatum negativum addendum ad enuntiatum affirmativum οὔτε i. e. neque usurpatum est. Scribendum erat καί οὐ. Parum graece eodem modo XXIII 20 μήτε positum est pro καὶ μή, XXI 28 pro μηδέ. V B 17 alia lex negationis turpiter violata est; nam cum negatio antecedat, scribendum erat [δ]ιὰ μηδεμίαν αἰτίαν, quod idem mendum ex versione exemplaris latini ad verbum facta — nam Romani ita non repetunt negationem — natum etiam invenitur Mon. Anc. 16, 17 et iure mihi id videor intulisse in tit. XXIII 20, V B 16. Saepissime asyndeti figura in senatus consultis secundum Romanorum consuetudinem et dicendi rationem exstat, ante omnia in formulis et dictionibus, quae formularum rigorem, ut ita dicam, accepisse videntur, velut V B 5 προσεμέρισαν προσμεριοῦσιν, συνεχώρησαν συγχωρήσουσιν i. e. attribuerunt attribuerint, concesserunt concesserint, XVI 94 προσώρισεν συνεχώρησεν i. e. addixit concessit, 102 ἐπιγνῷ διατάξῃ, cognosceret constitueret, 114 ἀποδοθῆναι ἀποκατασταθῆναι φροντίσῃ, reddenda restituenda curaret, cf. XVII 16. 23, XVIII 38. 56. 57. Item legimus V B 14 κωμῶν χωρίων ὀχυρωμάτων ὁρῶν προσόδων, cum aliis locis ad ultimum vocabulum τε addi soleat, ut

1 idem de Appiano statuit Krafft de Appiani elocut. p. 35. 2 itaque V B 9 φίλη τε καὶ σύ[μμαχος οὖσα], quod editores tituli scripserunt, ferri non potest, cf. notam ad h. l. At in Sullae epistula XVI 12 eqs., cf. 8 legitur τε καί.

V B 15 [*ἔχωσ*]*ιν κρατῶσιν χρῶνται καρπίζωνταί τε*, cf. XVII 17. 18 etc. Constanter dicitur *χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι*, constanter excepto XXX 4, ubi *χ. φ. συμμαχίαν ἀνενεοῦντο* legimus, *χάριτα φιλίαν συμμαχίαν τε ἀνενεώσαντο*, quae omnia accuratissime ad latinorum exemplarium sermonem formata sunt.

IV. De verborum selectione et genere dicendi.

In hoc capite res ita dividere liceat, ut primum ea, quae omnibus titulis communia sunt, adferam, altero loco vero deinceps, quae epistularum, quae senatus consultorum, quae foederum propria sunt.

Verba igitur latina graecis litteris scripta cum in titulis, de quibus agitur, praeter nomina hominum tribuum locorum mensium et pauca alia, ut *νόμοι* i. e. nummi, *σεστέρτιοι* sive *σηστέρτιοι* (XII B 34, XIII 10, XIV 13), *καλανδαί, νωναί, εἰδυοί* non exstent, Mon. Anc. vero hic ratio habenda non sit, statim breviter de magistratuum Romanorum denominationibus agam, quas ex urbe Neapoli Romanos sumpsisse demonstravit Mommsen[1]. Singula vero perlustremus: *στρατηγὸς ὕπατος*[2] (I 1, III 1, XIV 2) est consul sive pro consule, *στρατηγός* (II 2, X 1, XI 1 etc.) significat praetorem, de quibus notionibus ex denominationibus praetoria maximi et praetoris profectis recte Mommsen (Ephem. epigr. I 223 sqq.) disputavit contra Waddingtonium (ad Leb. Voy. arch. III 588). Neque vero in omnibus viro doctissimo assentiri possum. Apud Ios. Ant. Iud. XIV 10, 8 enim traditum est *Ἰούλιος Γάιος στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων* et XIV 10, 15 *Γάιος Φάννιος Γαίου υἱὸς στρατηγὸς ὕπατος*, quibus locis Mommsen putat denominationem *στρατηγοῦ ὑπάτου* recte se habere atque illa aetate (i. e. Caesaris et Augusti) denominationes pro consule vel praetoris pro consule, quae illis locis Iosephi recte ponerentur, redditas esse per *στρατηγὸν ὕπατον*, antiquam consulum denominationem. Sed obstant multa ne hoc concedamus. Primum enim ex certa Romanorum terminologia pro consule in titulis semper est *ἀνθύπατος*, praetor pro consule *στρατηγὸς ἀνθύπατος*[3]. Itaque hae denominationes hic requiruntur. Deinde

---

1 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 646 de verbis *δήμαρχος* et *σύγκλητος*: 'Die Erinnerung an die römisch-neapolitanische Conföderation hat sich in der griechisch-römischen Terminologie bewahrt'. Cf. not. 2: 'C. I. G. III 5799 (zweifellos echt); vgl. das. 5491. 5752. Die übrigen Bezeichnungen, wie *στρατηγός, ἀγορανόμος, ταμίας* sind gemein griechisch und zweifellos der zweite, wahrscheinlich alle neapolitanisch'. Cf. p. 71 not. 1. 2 exempla collegit Mommsen Röm. Staatsr. II[3] p. 75, cf. quod in Genethliaco Gottingensi 1887 p. 60 certius attulisse mihi videor. Ultimum certum exemplum denominationis *στρατηγοῦ ὑπάτου* adhibitae est anni $^{619}/_{135}$ (tit. XIV 2). 3 cf. tit. in insula Delo repertos Bull. de corr. hell. VIII p. 119 (cf. XI p. 271), IX p. 379, XI p. 270 n. 34, ubi Fougères iniuria mihi videtur dixisse hanc denominationem in sola insula Delo usitatam fuisse. Sed Phot. bibl. 229[b] 13 in Memnonem Heracleotam vitium intulit, cum epistulae L. Scipionis cos. a. $^{564}/_{190}$ ad Heracleotas missae initium ita referret: *Σκιπίων στρατηγὸς ἀνθύπατος Ῥωμαίων Ἡρακλεωτῶν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.* Recte U. de Wilamowitz (Ind.

semper ea aetate consules appellati sunt *ὕπατοι*, quae denominatio paulatim pro *στρατηγὸς ὕπατος* usurpari coepta est (cf. XI 43 et Mommsen Ephem. epigr. I 223 sqq.), semper praetor nominatus est *στρατηγός*. Vix igitur aetate, qua *ὕπατος* et *στρατηγός* ita usurpabantur, praetor pro consule sibi assumpsit titulum *στρατηγοῦ ὑπάτου*. Tum ne unum titulum quidem habemus, ubi *στρατηγὸς ὕπατος* eo sensu legitur, postremo accedit, quod Iosephus multa peccavit in titulis ab eo relatis, accedit, quod praeter magistratuum denominationes etiam eorum ipsa nomina librarii culpa vehementissime corrupta sunt. Quae cum ita sint, *στρατηγὸς ὕπατος* suum locum ibi habere mihi persuadere non possum.

ἀνθύπατος, ut cetera brevius adferam, est pro consule (IV 3, VII 1, VIII 1, XVI 111, XXIV 1), *ἀντιστρατηγός* pro praetore (Mon. Anc. I 9, Ditt. Syll. 262, 3; 263, 3; 292, 4), *ταμίας* quaestor (XII B 33, XIV 13, XVII 26, XIX 3, XXI 10, XXX 12), *ἀντιταμίας* pro quaestore (XVI 87. Ditt. Syll. 263, 2; 267, 7). *στρατηγὸς κατὰ πόλιν* (XXI 16, XXII 4) est praetor urbanus, *στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ξένων* (IV 26, XXI 17, XXII 5) praetor peregrinus, *στρατηγὸς κατὰ πόλιν καὶ ἐπὶ τῶν ξένων* (XVII 2) praetor urbanus et inter peregrinos, item *ταμίας κατὰ πόλιν* (XVII 26, XIX 3) quaestor urbanus. Dictator graece eodem verbo redditur *δικτάτωρ* (XVI 2. 14 etc.), imperator *αὐτοκράτωρ* (XVI 52. 101 etc., XXX 11), *πρεσβευτής* legatus (XVI 75), *δήμαρχος* tribunus (II 3)[1], *ἀρχιερεύς* pontifex maximus est (IX 2, Mon. Anc. 4, 5)[2].

Difficilior erat interpretatio denominationis triumviri reipublicae constituendae. Antonius cum V A 1 sqq. (cf. B 3 sqq.) scriberet [*τῶν*] *τριῶν ἀνδρῶν τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως*, nescio an minus apte *διατάξεως* posuerit. Apud Ios. XIV 12, 5 legitur *Μᾶρκος Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ, τριῶν ἀνδρῶν καταστάντων περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων*. Parum graece vero vel potius altero quidem loco omnino non graece interpres Mon. Anc. scripsit I 12 sqq. *καὶ τὴν τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἔχον[τα ἀρχὴν ἐπὶ] τῆι καταστάσει τῶν δη-*

---

schol. Gotting. sem. aest. 1884 p. 15) emendavit *στρατηγὸς ὕπατος*. Nam quod Photius v. 5 Scipionem dicit *τὸν τὴν Λιβύην Ῥωμαίοις κτησάμενον*, erroris se ipse convincit v. 16 *τὰ αὐτὰ δὲ Λευκίῳ Πόπλιος Κορνήλιος Σκιπίων ὁ ἀδελφὸς καὶ στρατηγὸς τοῦ ναυτικοῦ*.

1 Mommsen Röm. Staatsr. III p. 145: Die älteren Griechen geben populus und plebs gleichmässig wieder mit *δῆμος*. Anm. 2: 'Dies beweist die schon in einem Aktenstück vom J. 561/193 begegnende und beständig festgehaltene Bezeichnung *δήμαρχος*. Wäre man hierbei von dem Vorsteher der einzelnen Tribus ausgegangen, so konnte die Analogie des attischen *δήμαρχος* die Wahl des Ausdrucks bestimmen, aber da die Tribus *φυλή* heisst, müsste man dafür vielmehr *φύλαρχος* setzen; und es ist überhaupt nicht zu bezweifeln, dass *δήμαρχος* allein den tribunus plebis wieder giebt. Das ist insofern befremdend, als, wie Wilamowitz mir bemerkt, die Vorsteher des Staats bei den Griechen zwar häufig die analoge Benennung *δαμιοργοί* führen, aber *δήμαρχοι* wohl nirgends anders heissen, als in dem campanischen Neapolis (C. I. L. X p. 172). Also haben die Römer die griechische Benennung ihres Volkstribun von den campanischen Griechen entlehnt. Wahrscheinlich aber wurde dieser Ausdruck erst nach dem Hortensischen Gesetz festgestellt, als populus und plebs politisch zusammengefallen waren und die Tribune der letzteren so gut Gemeindeherrn genannt werden konnten wie die Consuln'. 2 Hanc denominationem pontificis maximi iam apud Polybium (XXII 3, 2; XXXII 21, 5), deinde apud Dionys. Halic. (A. R. I 74) alios invenimus, unde Romani eam sumpsisse putandi sunt.

μοσίων πραγμάτων ε[ἶλ]ατ[ο] scil. *ἐμέ* et 4, 1 eqs. *τριῶν ἀνδρῶν ἐγενόμην δημοσίων πραγμάτων κατορθωτής*, ubi dicendum erat *τριῶν ἀνδρῶν ἐγενόμην ἐπὶ τῆι τῶν δημοσίων πραγμάτων καταστάσει*. Senatus semper est *σύνκλητος*[1], quo vocabulo, ut Mommsen Ephem. epigr. I 284 docuit, comitia graece magis significantur. Haec apti vocabuli parum apta permutatio non tam ad infantiam scribarum referenda est, quam ad consilium eorum, qui Romae rebus praeerant nec sine idonea causa *τῇ βουλῇ τῶν Συρακοσίων* respondet non *ἡ βουλὴ τῶν Ῥωμαίων*, sed *ἡ σύγκλητος*. Consilium vero est *συνβούλιον*, de quo vocabulo Mommsen (Hermes XX p. 287) dicit: Das Wort *συμβούλιον* ist, wie es scheint, nicht eigentlich griechisch, sondern in diesem griechisch-lateinischen Curialstil gebildet, um das unübersetzbare consilium zu vertreten. Vgl. Plut. Rom. 14 *ὀνόμαζον δὲ τὸν θεὸν Κῶνσον εἴτε βουλαῖον ὄντα· κωνσίλιον γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβούλιον καλοῦσι*. Consultum (scil. senatus) semper redditur per *δόγμα*, quia ut Mommsen dicit[2], censere reddi solebat per *δοκεῖν*. Respublica ad verbum redditur per *τὰ δημόσια πράγματα*, uno loco inepte per *τὰ κοινὰ πράγματα* (Mon. Anc. 1, 2). Sed satis de his rebus disputatum est.

Deinde exempla adferam, quibus comprobatur quam maxime convenire verborum selectionem saec. II et I a. Chr. ita, ut primo loco ponam ea, quae alia vi atque antea adhibebantur, deinde ea, quae illa demum aetate usurpari coepta sunt, postremo verba cum praepositionibus copulata. Sed cum multa hic illucve adlata sint, multa etiam in disputatione de epistulis adferenda sint, satis habeo exempla nonnulla adferre. Primum igitur ut supplementum meum defendam, agam de adverbiis *ἄνωθεν* XVII 10, *ἀνώτερον* XII B 20, [*ἐπάν*]*ω* XVI 48, quae temporis notionem habent. Primitus vero iis et similibus, ut *ἄνω ἀνωτέρω*, notio loci fuit. Attamen iam apud Platonem leg. p. 878 A *ἄνω* et *ἄνωθεν* ad tempus pertinet, item p. 919 E, Resp. p. 461 C. Demosthenes etiam priora tempora nominat *τοὺς ἄνω χρόνους*. *Ἀνωτέρω*, quod apud Herodotum (I 190) ad locum pertinet, apud Polybium (I 7, 2) temporis notionem habet. Etiam *ἀνώτερον*, quod primum apud Polybium legitur, vim temporis habet coniunctum cum substantivo *χρόνος* (I 7, 2; IV 2, 7; 50, 3 alibi), cum III 1, 1 (*τρίτηι δὲ ταύτης ἀνώτερον βύβλωι*) magis loci notionem habeat. Eodem modo saepissime *ἐπάνω* usurpatur, quod XVI 48 addidi. Sed idem apud Diodorum (XVI 42, 7; XVIII 49, 4 *ἐν τοῖς ἐπάνω χρόνοις*) ad tempus spectat. *Καταχωρίζειν*, quod III 6, XVIII 31 legitur, apud Xenophontem habet notionem disponendi (Cyrop. 63, 7[3]; 85, 2), sed apud Diodorum (V 5, 1), in libris vet. test. (Esth. 2, 23; 3. Macc. 2, 29), apud Dionysium (I 6, 1), apud Strabonem (I p. 16) adhibetur de collocando in libro, de referundo in librum. Apnd Diodorum (V 17, 4) denique babet etiam notionem insumendi: *ἅπαντα τὸν μισθὸν εἰς ταῦτα κατεχώριζον*. *Καθήκειν εἴς τι* legitur I 9 pro 'convenire', cum apud veteres significet 'devenire' (Aeschyl. Choeph. 442 Kirchh.) sive 'redire, pertinere ad'

1 Mon. Anc. 1, 5 *βουλή*, sed interpres, qui ceteris locis semper vocabulo *σύνκλητος* utitur, videtur magis cogitavisse de reddendo verbo 'ordinis'. 2 cf. Röm. Staatsr. III p. 951 adn. 4. 3 *οἱ μὲν δὴ ταχθέντες τοῦτο ἔπραττον, αὐτὸς δὲ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτοῦ κατεχώριζε.*

(Thuc. II 27, 2, III 96, 3, Pol. V 44, 6). Sed iam inde a stoicis, velut apud Polybium notionem eandem habet, quam *προσήκει μοι* apud veteres (cf. Pol. III 78, 3, VI 6, 7)[1]. Consuetudo ea, ex qua Attici ad singularem *πρεσβευτής* i. e. legatus pluralem *πρέσβεις* (cf. etiam III 3, IX 5) ponunt, a posterioribus ita mutata est, ut aut Polybium secuti in nominativo breviorem, in genitivo et dativo longiorem formam praeferrent, velut Augustus IX 5 scripsit *πρέσβεις*, VI 10 *πρεσβευτῶν*, aut semper in plurali formam longiorem usurparent, qui usus etiam aliis titulis confirmatur inde a saec. III, cf. Ditt. Syll. 156, 21. 42; 165, 49; 166, 2; 171, 21; 181, 1; 190, 3. 17; 192, 4; 200, 7; 228, 9. 10. 39 etc. etc. Inveniuntur etiam verba, quorum quam primitus habebant, vis paulatim magis magisque evanuerit, ut adiectivum *ἴδιος*, quod saepe simplicem pronominis reflexivi vim habet, velut in formula 'ita uti ei e republica fideque sua videretur' fideque sua redditur per *πίστεώς τε τῆς ἰδίας*. Item sine magna vi etiam XVI 30. 36. 45, Mon. Anc. 2, 3; 9, 10 positum est, sed cum maiore vi XVI 47. 88. Huc etiam referendum est adiectivum *φιλάνθρωπος*, quod apud posteriores in universum significat 'benignus'; *τὰ φιλάνθρωπα* sunt beneficia humanitatis et amicitiae officia[2] (III 14, V A 36. 45, cf. Ditt. Syll. 158, 14; 166, 29; 171, 17. 106; 200, 60; Mitteil. d. deutsch. arch. Instit. z. Athen VIII p. 128 v. 10—11 etc.; Pol. II 60, 6, IV 26, 8, XXIV 5, 7, Diod. XIII 3, 4, Dionys. Hal. VI 73); dicitur etiam *φιλανθρώπως ἀποκριθῆναι* et *φιλανθρώπως κεχρῆσθαι* (XVI 35). Alia denique verba singularem quandam significationem acceperunt, ut *ἀποδέχεσθαι*, quod apud veteres cum haberet notionem recipiendi, paulatim transiit in notionem amplexandi vel ut aliter reddam comiter recipiendi, velut V A 32 *μᾶλλον ἀπεδεξάμην* interpretandum est: magis eum amplexatus sum[3]. Similiter res se habet, quod hic statim addere liceat, in substantivo *καταλογή*[4], quod XVI 53 et 92 legitur in formula *ἀρετῆς καταλογῆς τε ἕνεκεν* i. e., ut Bases cognovit[5], virtutis honorisque causa (cf. C. I. L. I 635). *Καταλογή* igitur est honos, quam notionem etiam habet XVII 9 *ὅπως καταλογὴ αὐτῶν γένηται*, et apud Pol. XXII 16, 10, qui locus ex ipsis senatus consulti verbis sumptus est, *τοῖς δὲ πρεσβευταῖς . . . καταλογὴν ποιεῖσθαι τὴν ἁρμόζουσαν*, ubi falso Hultsch scripsit *καταδοχήν*. Tum XVIII 37 idem substantivum significat honorem deis habendum[6], in titulo denique Laconico saec. I Damiadas dicitur *τὰν μεγίσταν καταλογὰ[ν προσποιούμε]νος τῶν τε ἀρχόντων καὶ τᾶς πόλεος*[7]. Verba autem *καταλέγειν* et *κατάλογος*, quae *ἀδιάφορα* dici possunt, primitus habebant notionem eligendi, quae paula-

1 cf. Jerusalem Wiener Studien I p. 54 n. 5. 2 omnino neutra adiectivorum secundum posteriorum dicendi rationem saepe adhibita sunt, ut I 2. 6, II 22, XVI 3. 60. 117, XVII 14 etc. Ceterum de *φιλάνθρωπος* cf. Jerusalem p. 48 n. 5. 3 cf. Iersulalem Wien. Stud. I p. 52. 4 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 597. 5 *Ἐφημ. ἀρχαιολ.* 1886 p. 43. 6 Phrynich. p. 440 Lob. *καταλογὴν οἱ σύρφακες λέγουσι, τὴν πρός τινα αἰδῶ, οὐκ ὀρθῶς*. Deinde apud Hesychium s. v. *καταλογισθείη· Ἀττικώτερον ἀλλά σ' αἰδεσθεῖεν οἱ θεοί* scribendum esse *καταλογή σοι εἴη* mecum communicavit U. de Wilamowitz. 7 C. T. Newton The collect. of anc. Greek inscr. in the Brit. Mus. II CXLIII 18. Locum debeo Wilhelmo doctori humanissimo.

tim transiit in notionem eligendi honoris causa, ita ut postremo *καταλογή* pro substantivo honoris usurparetur.

Verborum deinceps, quae apud posteriores demum leguntur, iam brevius exempla adferam. *Φιλοδοξία* igitur (I 13) Polybii aetate demum usurpabatur, cum *φιλόδοξος* iam apud Platonem legatur (Rep. V p. 480 A); addi possunt verba haec: *ἀνεισφορία* (X 3), *ὁρ[ισμός]* (XIV 11), *ἐπαρχεία* i. e. provincia (XVI 75 etc.), *ἀνδραγάθημα* (XVII 9) pro *ἀνδραγαθία*, quo verbo Attici utuntur, *διάταγμα* (XVII 25), *δημοσιώνης* (XVIII 5 etc.). Accedunt adiectiva et adverbia ut *ἀφορολόγητος* (II 20), quod iam in tit. saec. III invenitur (cf. Ditt. Syll. 166, 26), *δημαρχικός* (IX 4), *ἀποδεκτός* (XVI 99), *ἔναντι* (XI 52, cf. Ev. Luc. I 8), pro quo adverbio Attici usurpant *ἔναντα* aliaque. Postremo adferre liceat verba nonnulla ut *φιλαργυρεῖν* (I 12), quod verbum rarissimum est ea aetate (legitur II. Maccab. 10, 20 et postea apud Alciphr., Sext. Empir., alios), *εὐχρηστεῖν* (III 13), *νομογραφεῖν* (IV 18), quod verbum, ut etiam *νομογράφος* (IV 24), iam in tit. a. 304 aut 303 a. Chr. occurrit (Ditt. Syll. 126, 53. 54), *ἐμφανίζειν* (IV 5), *καταπορεύεσθαι* (XI 42), pro quo verbo Attici *κατέρχεσθαι* dicunt, *συντηρεῖν* (XVI 36), *ὑπερασπίζειν* (XVI 80), *δογματίζειν* (XVIII 54), *καθηλοῦν* (XXI 7) etc.

Item sermoni posteriorum convenit, cuius vestigia iam apud oratores Atticos, apud Aristotelem et Theophrastum inveniuntur, quod verba maxime cum praepositionibus copulata usurpari solent ita, ut plerumque unius alteriusve praepositionis vis plane evanuerit. Satis habeo adferre *συντηρεῖν* (XVI 36) pro *τηρεῖν* (XVI 5) positum, *προαιρεῖσθαι* (XVI 39) pro simplici *βούλεσθαι* vel *αἱρεῖσθαι* [1], item altera certe praepositio evanuit in verbis *συνεπαύξειν* (II 23), *ἐξαποστέλλειν* (V A 28), *διακατέχειν* (XVII 17 alibique), *ὑπεξαιρεῖν* (XVIII 21), *προσαναφέρειν* (XVIII 30).

Sed cum satis de his rebus disputavisse mihi videar, iam ad ea transeamus quae de epistulis erunt dicenda. In quibus formulas notissimas usurpatas esse vix est cur dicam, velut *ὁ δεῖνα — τῷ δεῖνα χαίρειν*, deinde *εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ στρατεύματος* (cf. V A 8, VI 4, XVIII 2, Jos. XIV 10, 2; 12, 3), quam formulam quantum scio primum legitur in epistula Antiochi Magni apud Josephum (Ant. Iud. XI 3, 4): *βασιλεὺς Ἀντίοχος Ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν· εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔχοι· ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτός*, deinde in epistulis Eumenis II et Attali II Pergamenorum regum in lapidibus servatis [2], tum in epistula Ionathae ad Lacedaemonios apud Jos. XIII 5, 8 *εἰ ἐρρωμένοις ὑμῖν καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια χωρεῖ κατὰ νοῦν οὕτως ἂν ἔχοι, ὡς βουλόμεθα· ἐρρώμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς* et similiter in litteris Eleagari ad Ptolemaeum scriptis, quae exstant in epistula, quae vocatur Aristeae [3], ita ut a Graecis eam desumptam esse existimare de-

1 cf. Jerusalem, Wiener Stud. I p. 50. 2 cf. Archäol. epigr. Mitteil. aus Oestreich VIII p. 95 sqq. A 11 *εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι κἀγὼ δὲ ὑγίαινον*, B 18 *εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι· ὑγίαινον δὲ κἀγώ*, C 1 *[εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἔχοι]ἄν, ὡς ἐγὼ βούλομαι, ὑγίαινον δὲ καὶ αὐτός.* 3 cf. Havercampii editionis Iosephi tom. II p. 108 = Jos. XII 2, 5. Etiam Ditt. Syll. 156, 43; 247, 42, epistula Epicuri (Usener Epicurea p. 154 n. 32) comparari possunt.

beamus. Usitatissimae etiam sunt formulae ἐνέτυχόν μοι οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταί (cf. III 3, IX 7; cf. Ditt. Syll. 158, 4. 26. 50), ψήφισμα ἀπέδωκαν aliae, quas omnes cum apud Graecos saepissime exstent, nemo negabit ex Graecorum decretis et epistulis in Romanorum sermonem publicum graecum fluxisse. Item γινώσκετε οὖν i. e. 'cognoscite igitur' redit in titulis Magnetum saec. II a. Chr. (Mitth. d. deutsch. arch. Instit. z. Athen VI p. 304 I 2, II 2) et in epistula Axiorum brevi ante a. 189 a. Chr. composita (Bull. de corr. hell. VI p. 460 v. 10) similiterque XVIII 3 legitur ὑμᾶς εἰδέναι βουλόμεθα; in fine denique epistularum plerumque ἔρρωσθε additum est (I II III IX), quod idem apud Graecos usitatissimum est, apud quos tamen etiam εὐτυχεῖτε invenitur (C. I. G. II 3049, 17). Quod vero dicendi genus epistularum attinet, iam recte iudicavit Foucart, cum diceret ex eo cognosci posse a Romanis, non a Graecis eas esse conscriptas [1]. At altera ab altera cum differat, de singulis agere opus est.

I. Flamininus haud ita eleganter epistulam composuit. Nam in singulis rebus haud raro haesit et peccavit, ut ea ipsa, quae exprimere volebat, saepius obscure, saepius incondite et minime expedite redderet. In vocabulis et dictionibus vulgarem sermonem, quem etiam Polybius exhibet, reddebat: ὁλοσχερῶς est prorsus, penitus, ut ap. Pol. I 10, 1; I 11, 7 etc., Ditt. Syll. 255, 19, ἀναστρέφεσθαι se gerere [2], στοχάζεσθαι ἔκ τινος colligere (cf. Pol. I 14, 2; 26, 9), ἀπολείπεσθαι superesse pro Atticorum περιεῖναι, etiam ἀπὸ τοῦ βελτίστου posteriorum consuetudini convenit, quamquam languide dictum est οἱ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου εἰωθότες ἀναστρέφεσθαι. Dictio προεστηκότες τοῦ ἐνδόξου, qua videtur reddere voluisse locutionem latinam praestandi honesta, comparari potest cum dictionibus velut προστὰς ἐνδόξου καὶ καλῆς αἱρέσεως (Ditt. Syll. 156, 3 ex saec. III) vel [προίσ]τασθαι τῶν τῇ πόλει συμφερόντων (Ditt. Syll. 200, 24, cf. 247, 7); καταλαλεῖν c. acc. iungit, usurpat φιλαργυρεῖν verbum rarissimum, rarior est etiam consuetudo, ex qua εὐγνώμων non de hominibus benignis, ut ap. Pol. II 57, 8 dicitur, sed id quod aequum est, significat (v. 15 εὐγνώμονα λέγοντες, cf. Dionys. Hal. VII 36, Plut. v. Anton. c. 79, Athenaeus XII p. 535 E), insolentius dicit Flamininus κατὰ πᾶν μέρος et καθήκειν εἴς τι. Sed idem qui ea scripsit, falso ἔγκρισις usurpavit pro κρίσις (v. 17), i. e. probatio pro iudicium — nam ἐγκρίνειν et ἔγκρισις notionem probandi habet. Similiter φιλοδοξία (v. 13) suum locum non habet. Nam sine dubio Flaminius dicere volebat se bona Cyretiarum urbi reddere, quia χάριτα (ita scribit pro χάριν) καὶ δόξαν plurimi faceret. Errore factum videtur, ut in extr. epist. scriberet ὅσοι μέντοι μὴ κεκομισμένοι εἰσὶν τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτοῖς, ubi

---

1 cf. archives d. missions scientif. et littér. 2. sér. VII p. 324: 'Il est curieux de comparer le grec employé dans les sénatusconsultes à celui de quatre lettres écrites par les généraux romains à des cités grecques. On peut reconnaître dans le ton, dans la tournure des phrases ou l'emploi de quelques expressions que ces lettres n'ont pas été écrites par des Grecs, mais cependant la langue n'a rien barbare' eqs. Intellegit tit. I, II, III, IV. 2 cf. Jerusalem, Wiener Stud. I p. 53.

cum de genitivo partitivo ne cogitemus nexus sententiarum obstet, scribendum erat *τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτοῖς*. Male denique scripsit: *ἐπεὶ . . . φανερὰν πεποιήκαμεν τήν τε ἰδίαν καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων* (contra leges grammaticas omisit ante *τοῦ δήμου* articulum *τήν*) *προαίρεσιν, ἣν ἔχομεν εἰς ὑμᾶς, ὁλοσχερῶς βεβουλήμεθα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδεῖξαι* eqs. Nam praeterquam quod elegantius scripsisset *φανεράν πεποιήκαμεν ἣν αὐτός τε καὶ ὁ δῆμος ὁ. Ῥ. ἔχομεν εἰς ὑμᾶς προαίρεσιν*, omnino intermisit ad *βεβουλήμεθα ἐπιδεῖξαι* addere accusativum, quem requirimus. Neque ullo modo epistulam elegantiorem posse fieri ea re, quod genetivus absolutus (v. 15 eqs.) neglegentius positus est, quod constanter tempore perfecto scriptor epistulae utitur, vix est cur moneam.

II. M. Valerii epistula si cum multis decretis ceteris, quibus Teis ius asyli confirmatur, comparatur, ab eis sive paululo magis sive minus expedite scriptae sunt, ea re differt, quod nonnulla insunt, quae hominem Romanum redolent. Nam etiamsi negare non possumus satis eleganter esse scriptum *μάλιστ' ἂν τις στοχάζοιτο* eqs. eandemque elegantiam dicendi in attractione *περί τε ὧν ἠξίου, διηκούσαμεν εὐνόως* cognoscimus, deinde in ea re, quod hic vocat *τοὺς θεούς*, illic *τὸ δαιμόνιον*, tertio denique loco *τὸ θεῖον*, etsi postremo idem apparet ex adhibitis particulis *μέν* (v. 12) et *οὐ μὴν ἀλλὰ καί* (v. 16), tamen etiam idem scriptor peccavit, cum articulum *οἱ* ante *δήμαρχοι* (v. 3) omitteret et scriberet *Μένιππος ὅ τε παρ' Ἀντιόχου . . . ἀποσταλεὶς . . . πρεσβευτής, προχειρισθεὶς καὶ ὑφ' ὑμῶν, τε* falso loco posito; item molestissimum est *τε* in v. 8 neque cuiquam placebit particularum cumulatio in v. 17. Ante omnia vero monendum est verbum *προτιμίαν* (v. 17) nullo modo recte se habere. Nam hoc verbum, quod non invenitur nisi ap. Max. Tyr. (Diss. 1, 5), significat maiorem honorem, quem sensum ab hoc loco plane alienum esse apparet. Sine dubio scribere voluit Valerius *προθυμίαν*. Insolentius idem dixit *διὰ τὸν ἠξιω[μέν]ον πρεσβευτήν*, sive legatum illum dignum esse dicere voluit sive legatum intellegere, qui postulaverat; solo huius epistulae loco invenitur audacior verborum coniunctio *ἀφορολόγητος ἀπὸ τοῦ δήμου τ. Ῥ.* Ceterum verborum selectus Polybii aetati convenit, velut etiam *τὸ ψήφισμα ἀναδιδόναι* invenitur ap. Pol. XV 31, 8, XXIX 25, 7. Eodem modo quo hic *ἡ προγεγενημένη δόξα* (= *πρότερον γεγενημένη*, cf. C. I. G. II 3046, 7) et *ἡ ὑπάρχουσα καλοκαγαθία* opponuntur, opponit Pol. X 17, 12 *τοὺς προγενομένους τοῖς ὑπάρχουσιν*, idem Polybius etiam dicit (XXI 24, 14) *διεσάφουν τὰ συναντώμενα παρὰ τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον*, ut in epistula legitur *ἐκ τῆς συναντωμένης ἡμεῖν εὐμενείας . . . παρὰ τοῦ δαιμονίου* (cf. etiam Ditt. Syll. 246, 5), utque hic *συμφανὴς γίνεται ἡ εἰς τὸ θεῖον προτιμία*, ita ap. Pol. II 25, 5 *οἱ ἱππεῖς συμφανεῖς γίνονται πολεμίοις ὑποχωρεῖν κατὰ τὸν αὐτὸν στίβον*.

III. Haec epistula, quae ipsa quoque accommodata est sermoni aetatis Polybii, erroribus et peccatis contra sermonis Graeci leges libera est. Satis habeo adferre dictiones velut *οὐδὲν ἐλλείπειν σπουδῆς* (cf. C. I. G. II 3047, 16, Ditt. Syll. 215, 4; 228, 14; 246, 52; 247, 9), *τὸ ψήφισμα ἀποδιδόναι* (cf. C. I. G. II 3049, 4. Ditt. Syll. 158, 2; 192, 7 etc.),

ἀεί τινος ἀγαθοῦ παραίτιον γίνεσθαι (cf. C. I. G. II 3047, 12; 3048, 14, tit. Thessalicum Mitteil. d. deutsch. arch. Instit. z. Athen VIII p. 128 v. 4), *τὰ ἐν τῶι ψηφίσματι κατακεχωρισμένα* (C. I. G. II 3047, 10. Ditt. Syll. 215, 28), *λείπεσθαι ἐγ χάριτος ἀποδόσει* (cf. Ditt. Syll. 246, 88 et similiter C. I. G. II 3052, 16); apud Polybium invenies locutiones easdem vel similes, ut *παραγίνεσθαι εἰς τὴν πίστιν* (cf. Pol. III 30, 1 *ἑαυτὸν διδόναι εἰς τὴν πίστιν*), *ἐπιτροπὴν διδόναι* (cf. Pol. XV 8, 14; XVIII 39, 5 et II 11, 8 *ἑαυτὸν διδόναι εἰς τὴν ἐπιτροπήν*), *ἀποδέχεσθαι τὰς πίστεις* (cf. Pol. IV 17, 9. 11), *εὐχρηστεῖν τινι* denique invenitur ap. Pol. XII 18, 3 et apud posteriores, etiam C. I. G. II 2270, 22.

IV. Q. Fabii epistula bene perlucideque disposita est participiaque et absoluta et coniuncta recte et elegantius hic illic posita sunt. Attamen accidit, ut interdum contra sermonem Graecum peccaret. Nam parum graece scripsit *Σῶσον . . . θανάτωι πα[ρ]εχώρισα* — verbo *παραχωρίζειν* Graeci omnino non utuntur — raro etiam *ἐμφανίζειν* a Graecis iungi solet cum *περί* c. gen. (cf. N. T. act. apost. 25, 15). At maxime conveniunt Polybii aetati dictiones *οἱ περὶ Κυλλάνιον* (cf. Ditt. Syll. 248, 19; 283, 22 etc.), *κατ' ἰδίαν* et *κατὰ κοινόν*, pro quibus verborum coniunctionibus Attici dicunt *ἰδίᾳ* et *κοινῶς*, etiam *καταβολὴν ποιεῖσθαι* saepe invenitur apud Polybium. Apud eundem inveni post verbum iurandi *συνόμνυμι ἐφ' ᾧ* c. inf. fut. positum (I 72, 5 *τότε συνομνύουσαι κατὰ πόλεις, ἐφ' ᾧ μηδὲν κρύψειν τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς*), ut Fabius v. 25 dicit *ὁρκίσας, ἐφ' [ᾧ]ι . . . . ἔστα[ι] ἐκεῖ καὶ . . . . [μὴ π]ρότερον ἐπά[ν]εισ[ιν]*, quamquam rectius pro indicativo posuisset infinitivum.

V. Antonius, quem perditae eloquentiae studuisse notum est, in epistula ad Plarasenses et Aphrodisienses missa verborum circuitum et continuationem satis frigidam adhibuit. Ac praeterquam quod exempli causa nimis artificiose posuisse mihi videtur verba *ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς παρεκάλεσεν εἰς τὸ τοῦ γεγονότος ὑμεῖν ἐπικρίματος καὶ δόγματος καὶ ὁρκίου καὶ νόμου ἀντιπεφωνημένα ἐκ τῶν δημοσίων δέλτων ἐξαποστεῖλαι ὑμεῖν τὰ ἀντίγραφα*, ne recte quidem verbo *ἀντιφωνεῖν* tribuit notionem solam exprimendi vel describendi, cum ceteris locis, quibus exstat, notionem respondendi sive respondendi per litteras habeat[1]. Pro *οἰκονομία* sibi finxit *οἰκονόμημα* — ab *οἰκονομέω*, ut *ἀνδραγάθημα* ab *ἀνδραγαθέω* derivatum —, item *ἐπίκριμα* ductum ab *ἐπικρίνειν* simili occasione in solo decreto Ti. Alexandri (C. I. G. III 4957, 28 a. $^{821}/_{68}$) redit. Parum graeca videtur etiam dictio *ἔσχον τε* (scil. *Σόλωνα*) *ἐν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ γεινωσκομένοις* et mirum in modum dixit *ἐν τοῖς δημοσίοις τοῖς παρ' ὑμεῖν γράμμασιν ἐντάξαι*, ubi *εἰς τὰ γράμματα* exspectamus. De trium-

---

1 Pol. VIII 18, 11; 19, 8, I. Maccab. 12, 18, in papyro Thebano a Partheyo publicato Abhdlg. d. Akad. d. Wiss. z. Berlin 1869 I p. 10 n. 9 v. 15, etiam apud Iosephum Ant. Iud. XIV 10, 26 ubi legitur *γράμματα πρὸς τὰς ἐπιστολὰς . . . ἀντιπεφωνημένα τοῖς ἡγεμόσι*. Chishull hoc loco plane parili occasione verbum usurpatum esse censet iniuria. Nam etiam hic notio respondendi in verbo inest, ut apparet ex verbis *πρὸς τὰς ἐπιστολάς . . . ἀντιπεφωνημένα*. Ceterum apud Atticos verbum vim habet obloquendi (cf. Aesch. Eum. 299 Kirchh., Soph. Antig. 271 etc.).

viri reipublicae constituendae denominatione, de *ἀποδέχεσθαι* etc. cum iam egerim, reliquum est, ut nullum vestigium subtilioris cuiusdam particularum usus inveniri moneam.

VI et IX. Vertamus nos deinceps ad Augusti epistulas, quarum utraque elegantissime scripta est. Quod maxime ex ampliore et subtili particularum usu intellegitur, velut in priore epistula verbis *πολλοὺς μέν* (v. 12), quibus respondet *τινὰς δὲ καί* (v. 14), alterum *μέν* '*οὐκ ὀλίγους μέν φονευθέντας*' elegantissime adiectum est; item eleganter scripsit Augustus (VI 6 eqs.) *κα[ὶ πρό]τερον μὲν ἤδη... προσεπέ[μψατέ] μοι* (pro *πρὸς ἐμέ*, cf. IX 14 *ἐπεληλυθότα τῆι οἰκία*) *καὶ νῦν παραγενομένων τῶν πρεσβευτῶν* eqs. Eademque in adhibendis particulis subtilitate etiam in altera epistula usus est (cf. v. 8, 9, 25). Maxime vero studium veteris sermonis Atticorum cognoscitur ex hac altera epistula non modo bene disposita et elegantissime scripta, verum etiam peritia sermonis Graeci quam maxime florente. Nam etiamsi Augustus erravit, cum *ἀνασκεδάσαντα τὰ κόπρια αὐτῶν* pro *κατασκεδάσαντα* poneret (v. 23)[1], etiamsi dictio quam usurpavit, *ἐνφέρεσθαι τῆι αἰτία* (v. 12) mixta videtur ex dictionibus notissimis *ἐπιφέρειν τινὶ τὴν αἰτίαν* et *ἐνέχεσθαι τῆι αἰτίαι*, atque in parenthesi elegantissima (v. 25) scribi debebat pro *ἐνέμεινεν διέμεινεν*[2], cum *ἐμμένειν* non soleat iungi cum participio, etiamsi deinde insolentius scripsit *προνοήσαντες*[3] *ὁμολογεῖν* (cf. p. 68 § 10 extr.), etiamsi denique *ἐξετασίαν* (v. 29) pro *ἐξέτασιν*, quo verbo Graeci utuntur, scripsit et *δημαρχικῆς ἐξουσίας* sine participio *ὤν* dedit, tamen ut iam ex scriptura *ἀντιφραττόμενοι* elucet, veterem Atticorum sermonem imitatus est, quod perspicue cognoscitur ex usu praepositionum, velut eleganter posuit *μεθ' ὕβρεως* (v. 15 et 33) et *ὑπ' ὀργῆς* (v. 22); etiam praepositione *σύν* usus est (v. 24), quae etiam in verbo copulato *συνκαταφλέγειν* (VI 14 *σ. τῆ πόλε[ι]*) propriam suam vim servavit; de dictione *πρὸς τὰ ἐναντία* iam egi p. 64 eqs. Ex Thuc. VIII 85, 2 sumpsit *κατηγορεῖν περί τινος*, verbum iubendi cum infinitivo, *ἔγνων* recte cum participio iungit. Recte usurpavit particulam *ἄν* ad irrealem, qui dicitur (v. 22 et 28), scripsit elegantissime (v. 26) *δικαιότερον ἂν σωθέντα τοῦ ἀδελφοῦ* aptissimeque etiam ad infinitivum *ποιῆσαι ἄν* addidit (v. 37). Sermonis Atticorum peritiae documento sunt verba *ὡς οὔτε χρηματίζοντες ... οὔτε ἀντιφραττόμενοι* (v. 18 eqs.) et *μὴ κατὰ τῶν ἀξίων πᾶν ὁτιοῦν ... ἀγανακτοῦντες*, quamquam *ἀγανακτεῖν κατά τινος* plane insolitum est genus dicendi; eleganter scripsit (v. 15) *τρόπωι τινὶ πολιορκίας* et apte paronomasia usus opposuit (v. 35 eqs.) *τῶν καὶ [ὅτε ἠ]μύνοντο ἠτυχηκότων, ἠδικηκότων δὲ οὐδέν*; ex vigore ut ita dicam orationis natum est, quod post *ἐθαύμαζον δ' ἄν*, perrexit *πῶς εἰς τόσον ἔδεισαν* (Thuc. I 90 *ὥς* habet) neque omnino qui eam

---

1 *ἀνασκεδάννυμι* demum a Plut. v. Pyrrhi 22 (*τί τινι*) usurpatum est. 2 cf. Ditt. Syll. 156, 24: *καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴμ βασιλείαν αὐτοῖς διαμένειν λαμβάνουσαν ἐπίδοσιν, καθάπερ αὐτοὶ προαιροῦνται.* 3 *προνοεῖν* pro *προνοεῖσθαι* etiam invenitur Ditt. Syll. 171, 89 c. *ὑπέρ*, ibid. 106 c. *ὅπως*, *προενοήθην* Ditt. Syll. 246, 31. 104; 247, 19. 46.

perlegerit negabit totam epistulam, etiamsi multa hominis Romani sunt, elegantia summa et facili genere dicendi florere[1].

VIII. De P. Cornelii epistula, ut de ceteris taceam satis habeo adferre *πλέον* (v. 7) pro *πλεῖον* ibi stare, quamquam *πλεῖον* saec. II et I a. Chr. usurpabatur. Ad *παραβόλιον* (v. 8) cf. Phryn. p. 238 Lob.: *ἀδόκιμον τοῦτο· τῷ μὲν οὖν ὀνόματι οὐ χρῶνται οἱ παλαιοί, τῷ δὲ ῥήματι· φασὶ γὰρ οὕτω παραβάλλομαι τῇ ἐμαυτοῦ κεφαλῇ, ἐχρῆν οὖν κἀπὶ τούτων λέγειν παραβάλλομαι ἀργυρίῳ*; *ὑπερωνεῖσθαι* vero, quod in v. 5 legitur, non exstat nisi apud Themistium.

Quoniam de epistulis quae commemoratione digna erant attuli, ad senatusconsulta liceat transire et priore loco formulas eorum referre.

senatum consuluit: *τῆι συγκλήτωι συνεβουλεύσατο* XI 1, XII A 9, XIV 2, *συνεβουλεύσατο τῆι συγκλήτωι* X 9, *συγκλήτωι συνεβουλεύσατο* XVI 19, XVII 3[2].

scribundo adfuerunt: *γραφομένωι παρῆσαν* XI 3, 14, XII A 10, XIV 3, XVI 20, XVII 4, XXII 1, *γραφομένοις παρῆσαν* XX 5; *γραφομένου π.* XVIII 61, *γραφομένων π.* XIX 4, quorum utrumque lapicidae errori tribuo dubitans.

in consilio adfuerunt: *ἐν τῶ συμβουλίω παρῆσαν* XV 7, XVIII 57, sine articulo XVIII 6.

quod verba fecerunt; *περὶ ὧν λόγους ἐποιήσαντο* XI 5 etc., XII A 14, B 3, XIII 2, XIV 4. 7, XVI 22. 71, XVII 5, XVIII 16, XX 12, XXIX 6, XXX 3[3]; quod dixerunt: *περὶ οὗ εἴπασαν* XI 50, XII A 21 cf. XVIII 24; quod rettulerunt: *περὶ ὧν ἀπήγγειλαν* XVIII 63.

quod cognovimus: *ὃ ἐπέγνωμεν* XVIII 30. 34.

referemus: *προσανοίσομεν* XVIII 30.

sententiam pronuntiare: *γνώμην λέγειν* vel *ἀποφαίνεσθαι* XVIII 43. 29.

de ea re (ita) censuerunt: *περὶ τούτου τοῦ πράγματος (οὕτως) ἔδοξεν* XI 9. 21 etc., XII B 24, XIV 10, XVI 65. 84, XVII 9, XXI 1, XXIII 8, XXIX 7, XXX 6.

senatui placere: *ἀρέσκειν τῆι συγκλήτωι* XVI 84, V B 6; senatus existimavit: *ἡ. σ. ἡγήσατο* XVIII 56, decrevit *ἐψηφίσατο* Mon. Anc. 2, 17 etc.; ita placet rata esse oportere *οὕτω δοκεῖ κύρια εἶναι δεῖν* XII B 30, *οὕτως δοκεῖ (φαίνεται) δεῖν εἶναι* XIII 8. 9, in quibus dictionibus ipsa verborum collocatio nimis latinitatem redolet; *κρίνειν* de senatu dictum est XVII 12, *θέλειν καὶ δίκαιον ἡγεῖσθαι* XVII 30.

censuere: *ἔδοξεν* XI 13. 24. 30, XII B 37, XIII 11, XIV 14, XVI 70. 119. 125, XVII 31, XXI 8. 15, XXX 13. Post singula capita per se stat.

ex senatusconsulto vel senatusconsulto: *κατὰ δόγμα συγκλήτου* XII B 18, XXI 22, *κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα* XVII 8. 22, XVIII 3. 34; *δόγματι συγκλήτου* XV 4 et Mon. Anc.

---

1 tertiam Augusti epistulam, quam in addendis p. 53 sqs. descripsi, eadem elegantia florere omnes facile concedent. 2 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 951; *συμβουλεύεσθαι* ita a Graecis non usurpatur. 3 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 957.

ex (de) consilii sententia: *ἀπὸ συμβουλίου γνώμης* XVIII 29. 39. 42. 55, cf. XII B 17, *μετὰ συμβουλίου γνώμης* XVI 93, *μετὰ συμβουλίου* XV 3.

ita uti ei(s) e republica fideque sua videretur[1]: *οὕτως καθὼς ἂν αὐτῶι (αὐτοῖς) ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας* (vel *καὶ τῆς ἰδίας πίστεως* XI 13. 39. 45), *φαίνηται* (*δοκῇ* XI 40), XII B 35, XIII 11, (omissa sunt verba *πίστεώς τε τῆς ἰδίας*) XIV 14, XVI 117, XVII 31, XVIII 67, XXI 7, XXVIII 9, XXX 12.

si (ei) videretur; si vellet vel volet: *ἐὰν (αὐτῶι) φαίνηται, ἐὰν θέλῃ* XVI 100, XVII 8. 24. 29, XVI 123, XXI 11, cf. 40.

extra ordinem senatum dare: *ἐκτὸς τοῦ στίχου σύγκλητον διδόναι* XVI 64. 125[2].

coram senatu: *κατὰ πρόσωπον ἐν τῆι συγκλήτωι* XII B 3, XIV 6, XVI 66.

ex formula: *κατὰ τὸ διάταγμα* XVI 87, XVII 25, XXI 10.

in amicorum formulam referre aliquem: *εἰς τὸ τῶν φίλων διάταγμα ἀναφέρειν τινά* XVII 24[3].

munusque eis ex formula locum lautiaque quaestorem urbanum locare mittereque iuberent: *ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα τόπον παροχήν τε τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι ἀποστεῖλαί τε κελεύσωσιν* XVII 25 eqs., XXX 11 et brevius *ξένιά τε δοῦναι* vel *ἀποστεῖλαι τὸν ταμίαν κελεύσηι* XII B 32, XIII 9, XIV 12, XVI 87, XXI 10.

benigne respondere: *φιλανθρώπως ἀποκριθῆναι* XII B 26, XIII 6, XVI 66, XXI 5, XXVIII 5.

viri boni et amici populi boni et amici et socii nostri: *ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ φίλοι παρὰ δήμου καλοῦ κἀγαθοῦ καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου* vel similiter XII A 16, B 4, XIII 2, XIV 5. 8, cf. III 4; item de viros bonos et amicos appellando XII B 27, XXI 3 (ubi *ἄνδρας* subiectum, *καλοὺς κἀγαθοὺς* nomina praedicati sunt), XVI 68, XVII 10, XXX 7.

gratiam amicitiam societatemque renovare: *χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι* XII A 18, B 7. 25, XIII 3, XVI 67, XXI 2, XXX 3. 7 (cf. C. I. G. II 3046, 3 *τάν τε οἰκειότητα καὶ τὰν φιλίαν ἀνενεοῦντο* alibi).

ut legibus et iustis et moribus suis uterentur: *ὅπως νόμοις τε καὶ ἔθεσιν καὶ δικαίοις τοῖς ἰδίοις χρῶνται* vel similiter XVI 47. 88, XXVII 15[4], cf. V B 7, X 2 eqs.

---

1 cf. Liv. XXXIV 57, 5 T. Quinctio mandatum, ut adhibitis iis legatorum regis verba audiret responderetque iis, quae ex dignitate atque utilitate populi Romani responderi possent.
2 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 946 adn. 1. 3 Mommsen Röm. Staatsr. III p. 598: 'Eigentümlich ist dem Freundschaftsvertrag die Eintragung in das officielle Verzeichnis der Freunde. Formula heisst technisch das Verzeichnis der verbündeten Gemeinden. So werden die Worte des Pol. XXI 30, 4 *πόλιν μηδεμίαν ἔχειν ἐν τῇ συμπολιτείᾳ* von Liv. XXXVIII 9, 10 wiedergegeben 'urbem ne quam formulae sui iuris faceret' (ähnlich Pol. XVIII 2, 4 = Liv. XXXII 33, 7) cf. Liv. XXXIX 26, 2, XXVI 24, 6, Velleius II 38, 1 formula provinciae, Plin. H. N. III 4, 37, C. I. L. I 203. Die Einzeichnung erfolgte durch den Quaestor (II 533)'. *ἀναφέρειν* item exstat Strab. XVII p. 824, Ios. Ant. Iud. XIV 10, 10. 4 Mommsen Röm. Staatsr. III p. 692 Anm. 1 exempla huius formulae collegit.

in integrum restituere: *εἰς ἀκέραιον ἀποκαθίστασθαι* XVII 14. 21.

Addere hic libet temporum significationes praeter IV 25, ubi *τῆι νουμηνίαι τοῦ ἐν[άτου μηνὸ]ς* ex Achaeorum temporum definitione sumptum est (cf. Ditt. ad h. l.), et XVII 3, ubi *μηνός Μαίου* Graecorum consuetudini nomina mensium adferendi respondet, imitari Romanorum modum et rationem dierum significandorum, ut etiam in libris nov. test. fieri Buttmann p. 133 testatur (Ev. Ioh. 12, 1 *πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα*, cf. etiam Plut. mor. p. 203 A, 319 A). At tenendum est contra Romanorum dicendi rationem pro ordinali recte positum esse cardinalem numerum (cf. Theophr. ap. Stob. flor. XLIV 22[1], Aelian. de nat. anim. V 52, XV 26), sed pro accusativis nonas, idus, kalendas exstare genetivos, qui ex grammaticae legibus nullo modo explicari possunt. Inveniuntur in tit. d. q. a. hi dies[2]:

X 8* *πρὸ ἡμερῶν τεσσάρων νωνῶν Μαί[ων]*, a. d. IV. Non. Mai.
XI 2 *πρὸ ἡμερ[ῶ]ν ἑπτὰ εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων*, a. d. VII. id. Oct.
XI 14 *προτέραι εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων*, pr. id. Oct.
XII A 9* *προ[τέραι νω]νῶν Κοιντιλίων*, pr. non. Quint.
XIV 2 *πρὸ ἡμερῶν πέντε εἰδυιῶν Φεβροαρίων*, a. d. V. id. Febr.
XV 2* *[πρὸ ἡμερῶν τρι]ῶν καλανδῶν [Φεβροαρίων?]*, a. d. III. Kal. Febr.
XVI 19* *[πρὸ ἡμερῶν ἓξ κα]λανδῶν Ἀπριλίων*, a. d. VI. Kal. Apr.
XVII 4 *πρὸ ἡμερῶν ἕνδεκα καλανδῶν Ἰουνίων*, a. d. XI. Kal. Iun.
XVIII 5* *πρὸ μιᾶς εἰ[δυῶν] Ὀκτωμβρίων*, pr. id. Oct.
XVIII 60* *πρὸ ἡμερῶν δεκαεπτὰ καλανδῶν Νοεμβρίων*, a. d. XVII. Kal. Nov.
XIX 3* *πρὸ ἡμερ[ῶ]ν* . . .
XX 4* *πρὸ ἡμερῶν δεκαοκτὼ καλανδῶν Σεπτεμβρίων*, a. d. XVIII. Kal. Sept.

His adiungi possunt ex Ios. Ant. Iud.

XIII 9, 2 *πρὸ (ἡμερῶν) ὀκτὼ εἰδ(υ)ῶν Φεβρο<υ>αρίων*, a. d. VIII. id. Febr.
XIV 8, 5 *εἰδοῖς Δεκεμβρίαις*, id. Dec.
XIV 10, 10 *πρὸ (ἡμερῶν) πέντε εἰδ(υ)ῶν Φεβρο<υ>αρίων*, a. d. V. id. Febr.
ibid. *πρὸ (ἡμερῶν) τριῶν εἰδ(υ)ῶν Ἀπριλλίων*, a. d. III. id. Apr.
XIV 10, 13. 16. 18* *πρὸ (ἡμερῶν) δώδεκα καλανδῶν Ὀκτω(μ)βρίων*, a. d. XII. Kal. Oct.

Formulas vero saepe redeuntes, ut *θυσίαν ποιεῖν ἐν τῶι Καπετωλίωι*, *ἀντίγραφον ἀναστῆσαι*, *πάντα τὰ δίκαια ποιεῖν*, *τῶν δικαίων τυγχάνειν* aliasque hic praeterire placet, cum etiam nonnulla de senatus consultorum genere dicendi addenda sint. In universum dici potest minime expedite et facile currere orationem, nisi quod tota compositione et rerum distributione factum est, ut elegantius et copiosius senatus consulta aetatis Sullanae scriberentur. Incultum vero dicendi genus facillime unde natum sit, is intelleget, qui

---

1 locum Wilhelmo doctori debeo. 2 dies asterisco instructi nondum a Bardtio (Hermes VII p. 14 et IX p. 317 sqq.) adlati sunt.

impeditas formulas et anxiam decretorum curam et legum Romanarum noverit. Atque tale dicendi genus in interpretationibus graecis apparet etiam multo minus elegans factum esse studio omnia, maxime formulas accurate et ad verbum reddendi. Atque accedit, quod interpretes sermonis graeci, ut docui, haud ita periti erant. Neque vero mihi videtur negari posse, cum formulae latinae semper eodem modo graece redditae sint, cum per nonnulla saecula nonnullae eodem ineptissimo modo redditae sint, cum dictiones latinae diversissimis temporibus usurpatae ne in graeca quidem interpretatione differant, glossarium aliquod exstitisse, ex quo, qui interpretationem publice faciebant, multa sumpserunt. Atque hoc inde videtur certum fieri, quod sine dubio interpres rerum gestarum divi Augusti glossario usus est. Quod si concedimus, vix quisquam negabit etiam scriptores epistularum hic illic glossario usos esse, ex quo dictiones velut *τὴν ἐπιτροπὴν διδόναι*, *προίστασθαι τοῦ ἐνδόξου* multasque alias ex publico Graecorum sermone sumptas haurire potuerunt. Sed redeamus ad senatusconsulta, quorum genus dicendi ea re fit languidum, quod saepissime figura, quae vocatur anticipationis usurpatur, quod enuntiata relativa anteponi solent, ita ut postea pronomen demonstrativum aut substantivum addatur (cf. XI 18. 22. 25, XVI 104 eqs.). XII A 21, B 8 *λόγους ἐποιήσαντο*, cum praemissum sit (v. A 16, B 3) nulla re de qua agitur addita, repetitur per [*εἴπασαν*] vel [*διελέγ*]*ησαν*. Monstrum ut ita dicam, enuntiati invenies XII A 20 eqs. *περὶ χώρας καὶ περὶ χωρίου* [*εἴπασαν*], *μεθ' ἧς χώρας* ..., *ἣγ χώραν* ..., *περὶ τούτου τοῦ πράγματος ὅπως τὴν διάνοιαν πρό(σ)σχωσιν, ὅπως τοῦτο τὸ πρᾶγμα αὐτοῖς ἀποκατασταθῇ* .. *οὕτω*[*ς ὡς*]..., *περὶ τούτου τοῦ πράγματος* eqs. (cf. simile enuntiatum XII B 8 eqs.). XI 32 eqs. studio breviter loquendi factum est, ut enuntiatum *χρυσίον, ὃ συνήνεγκαν εἰς στέφανον, ὅπως εἰς τὸ Καπετώλιον κατασκευάσωσιν*, ad finem omnino non perduceretur. Nam cum pergendum fuerit *ὅπως τοῦτο αὐτοῖς ἀποδοθῇ* et tum demum id quod senatus censuit, sequi debuerit, statim post *κατασκευάσωσιν* quid senatui visum sit, adfertur. Kirchhoffii coniecturae, qui pro *τούτοις τοῦτο* scribere voluit et id quod senatus censuisset, putavit incipere demum a verbis *ὅ*[*πως*] *τοῦτον τὸν στέφανον* eqs., ea de causa assentiri non possum, quia verba *καθότι ἐνεφάνισαν*, ut in v. 29, certe ad senatus responsum referenda sunt. Ea de causa *τούτοις* ne pro *αὐτοῖς* quidem per errorem scriptum esse potest, ut Mommsen voluit. Novum igitur documentum hoc est abruptae et impeditae huius senatus consulti dicendi rationis. XVI 60 eqs. bis *φροντίσῃ* inepte scriptum est, ubi alterum, quod quidem iam in exemplari latino fuit, deleri debebat, XVII 26 *αὐτοῖς* et *τούτοις* alterum brevi post alterum legimus[1], deinde XVI 107 [*τ*]*οῦτό τε φροντίζωσιν διδῶσίν τε ἐργασίαν, ἵν*[*α ταῦτα*] *οὕτως γίνωνται*. Cum vero multa, quae ad rem grammaticam spectant, et formulas ineptissimas iam perstrinxerim, hic nonnulla alia addam, quae parum graece evaserunt ex interpretatione ad verbum facta. Nimis latine 'ut ne in ordinem regrederentur' redditum est per *ὅπως μὴ εἰς τάξιν καταπορεύωνται*

1 V B 7 eqs. *τὸν δῆμον* et paulo post *αὐτούς*, cf. not. ad h. l.

(XI 42 eqs.), 'coronam in Capitolium condere' per *τὸν στέφανον εἰς τὸ Καπετώλιον κατασκευάζειν* (XI 33), 'ut de ea re animadverteret' *ὅπως περὶ τούτου τῆι δι[αν]οίαι προσέχηι* (XI 43 eqs.), 'animum advertere' *[τὴν διάνοι]αν προσέχειν* (XII A 25), quam phrasin etiam a Plutarcho usurpatam latinismum esse nemo neget. Latinismus est, si 'in integrum restituere' redditur per *εἰς ἀκέραιον ἀποκαθίστασθαι* (XVII 14. 21), si XXIX 9 interpres 'usque ad diem supremum' reddidit per *εἰς ἐσχάτην ἡμέραν*, 'operam dare, ut' per *διδόναι ἐργασίαν, ἵνα* (XVI 108)[1]; similiterque 'operam fortem et fidelem navare' nimis latine redditum est per *ἐργασίαν ἔπανδρον καὶ πιστὴν ... παρέχειν* (XVII 7). XVII 16 dicitur *μεταπορεύεσθαι* de bonis persequendis (cf. Cic. de leg. III 8, 18). Sed apud Platonem (de leg. 10 p. 904 C) verbum hoc significat 'proficisci aliquo', deinde usurpatur notione 'ulciscendi' (v. Lys. p. 187 A, Pol. II 58, 11), sed apud eundem Polybium exstat de magistratu petendo, ambeundo (cf. X 4, 2. 9). Cum alio vero substantivo non solet iungi. Nimis latinitatem etiam redolent formulae *περὶ ὧν ἄγεται τὸ πρᾶγμα* i. e. 'de qua re agitur' (XVIII 22) et *περὶ οὗ [ἡ] πρᾶξις ἐνέστα[το]* i. e. 'de qua re actum erat' (XXVI 51), 'quod idem' *ὃ τὸ αὐτό* (XVIII 41). Saepius etiam falso *πολιτεία* pro *πόλις* positum est, ut XVI 101. 104, cf. 94, V B 8. Parum graece propter collocationem verborum latinorum servatam V B 17 scriptum est *κατ' οὖσαν μετὰ ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς κύρωσιν* 'secundum futuram posthac de suis rebus potestatem'. Huc etiam artificiosa adoptionis formula potest referri, quam in tit. XVII legimus *Μενίσκον Εἰρηναίου τὸν γεγονότα Μενίσκον Θαργηλίου υἱὸν Μιλή[σιον]* (v. 6), *Μενίσκον Εἰρηναίου υἱὸν Μιλήσιον τὸν γεγονότα Μενίσκον, ἄνωθεν δὲ Θαργηλίου* (v. 10). Difficilem hanc, quae exstabat in exemplari latino, adoptionis circumscriptionem interpres ad verbum reddidit, ubi simplici Graecorum formula *καθ' υἱοθεσίαν* ei uti licebat[2]. Ex interpretum neglegentia natum est, quod XI 28 eqs. legimus *τὴν ἄκραν αὐτοῖς ὅπως τειχίσαι ἐξῆι καὶ ἐκεῖ κατοικῶσιν οὗτοι, ... ὅπως ἐκεῖ κατοικῶσιν καὶ τοῦτο τειχίσωσιν*, ubi *ταύτην* exspectamus. Ac nescio an in decreto latino fuerit 'castellum iis ut communire liceret' eqs. et postea 'et id communirent'. Eodem modo XVIII 66 eqs. *ταῦτα καρπίζεσθαι* spectat ad verba *τὴν Ὠρωπίων χώραν*. Fortasse per *χώρα* pluralis 'agri' redditus erat et interpres neglegenter 'eis frui' neutro plur. pronominis reddidit, oblitus 'eis' spectare ad agros sive *χώραν*. In eodem senatus consulto (v. 36) compendium S. C. falso redditum esse per *δόγμα συνκλήτου* — scribendum erat *δόγματι συνκλήτου* — iam ad illum locum explicavi, item neglegenter (v. 4 eqs.) scriptum esse *περὶ ἀντιλογιῶν τῶν ἀνὰ μ .... θεῶι Ἀμφιαράωι καὶ τῶν δημοσιωνῶν γεγονότων*. Nam dativus *θεῶι Ἀμφιαράωι* et genetivus *τῶν δημοσιωνῶν* cum constructionem turbent, ferri non possunt (cf. not. ad h. l.)[3]. Ac-

1 hic latinismus etiam nov. test. Ev. Luc. 12, 58 exstat: *δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ.* 2 cf. XX 2, tit. Rhodium Arch. epigr. Mitteil. a. Oestr. VII p. 108 v. 4. 9, p. 136 n. 71 v. 2, tit. Thessal. Mitteil. d. deusch. arch. Inst. VIII p. 132 v. 36. 3 Bases confert tit. apud Kumanudem *ἐφημ. τῶν φιλομαθῶν* 1865 *Ἀρ.* 570 v. 41—42: *ἐπαινέσαι τοὺς δεῖνα ἐπὶ πᾶσι τοῖς προγεγραμμένοις* (scil. *ταῖς προγεγραμμέναις εὐεργεσίαις*) *εἴς τε τὰν πόλιν καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς ἐντετευχόσιν αὐτοῖς.*

cedit, quod *γεγονότων*, non *γεγονυιῶν* scriptum est, quamquam participium ad femininum *ἀντιλογιῶν* referendum est[1]. Constructio etiam turbata est XI 27 eqs., ubi verba *ὅπως οἱ αὐτόμολοι ... τὴν ἄκραν αὐτοῖς ὅπως τειχίσαι ἐξῇ καὶ ἐκεῖ κατοικῶσιν οὗτοι* ita explicanda sunt, ut enuntiatum relativum 'qui transfugae ipsorum ... essent' stulte et falso nominativo participii redditum esse sumamus, cum dativus ponendus et *αὐτοῖς* i. e. 'iis' delendum fuisset. Item XI 36 *ἀνθρώπους* falso positum est pro *ἄνθρωποι* — nam de anticipatione, quae dicititur, cogitari non potest, quia certe tum scribendum erat *περὶ ἀνθρώπων* —. In exemplari latino cum 'homines', quod ante enuntiatum relativum erat, pro accusativo accepisset cogitans de accusativo c. infinitivo, scripsit interpres *ἀνθρώπους* et postea *ὅπως οὗτοι κατέχωνται*. Multa fortasse alia possunt adferri, sed satis habeo ea quae praecedunt commemoravisse. Nam unusquisque, qui senatusconsulta perlegerit, facile concedet paene omnia a Graecorum dicendi ratione recedere et maxime redolere latinitatem.

Quod denique foedera attinet, omnia certam quandam formam et dispositionem exhibent, quae usque eo pertinet, ut eodem loco pro *ἐάν τε* perversum illud *ὥς τε* semper redisse videatur. Etiam in foederibus a Polybio aliisque scriptoribus relatis eadem dispositio rerum et condicionum redit, ita ut secundum certum aliquod exemplar ea decreta facta esse videantur. Formularum, quae inveniuntur, adferendae sunt *τῶι δήμωι τῶι ... καὶ τῶι δήμωι τῶι ... εἰρήνη καὶ φιλία καὶ συμμαχία ἔστω* (cf. tit. XXI 23, XXII 8 eqs., cf. Pol. XXI 45. 1)[2], deinde 'neque armis neque pecunia neque navibus neque dolo malo' *μήτε ὅπλοις μήτε χρήμασιν μήτε ναυσὶν μήτε δόλω πονηρῶ* (XXI 28. 33, cf. XXIII 25, Ios XII 10, 6)[3], tum 'addere vel tollere' *προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν* (XXI 39. 41, cf. Pol. XXI 45, 27)[4]. Secundum usum Romanorum, apud quos 'dolus' est 'ars', 'dolus malus' igitur 'mala ars' (cf. C. I. L. I 198, 61 'sciens dolo malo', 205, 1, 44 's(ine) d(olo) m(alo)', Liv. XXXVIII 11, 2 'conservato sine dolo malo'), etiam in versione graeca scriptum est *δόλος πονηρός*, quamquam apud Graecos *δόλος* semper iam malam artem significat. Omnino Graeci hoc vocabulum in foederibus non usurpabant, sed ponebant locutiones, velut *μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ*[5] vel *ἐπὶ κακῷ*[6]; invenitur etiam adverbium *ἀδόλως*[7].

---

1 cf. Bases *Ἐφημ. ἀρχαιολ.* 1885 p. 109. 2 cf. C. I. A. II 109, 9 (*δεδόχθαι τῶι δήμωι τὴν μὲ[ν φιλίαν] καὶ τὴν συμμαχίαν [ὑ]πάρχειν [τῶι δήμ]ωι τῶι Μυτιληναίων [π]ρὸς [τ]ὸν δ[ῆμον τὸ]ν Ἀθηναίων*), 332, 36, C. I. G. II 3137 3. 15. 3 Athenienses dicere solent *βοηθεῖν ... καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν*, cf. C. I. A. II 17 A 49; 52, 16. 4 formula apud Graecos quoque rediens in foedere Atheniensium et Lacedaemoniorum (Thuc. V 23, 6), in foedere inter Hannibalem et Philippum (Pol. VII 9, 17), cf. etiam C. I. G. II 2554, 84 eqs.; 2555, 9; 2557, 25. 5 cf. tit. Athenienses saec. V Mitteil. d. deutsch. archäol. Instit. z. Athen I p. 184 eqs. v. 22 eqs., Thuc. V 18, 4; 47, 2. 8; saec. IV Mitteil. II p. 144, 64. 6 cf. Thuc. V 18, 5. 7 cf. Thuc. V 18, 9; 23, 1; 47, 8 C. I. G. II 2554, 10 in tit. Cretensi legitur: *φίλως καὶ συμμάχως ἀλλάλοις ὑπομένειν ἁπλόως καὶ ἀδόλως εἰς τὸν πάντα χρόνον*.

De rerum gestarum divi Augusti versione graeca.

Titulorum sermone perlustrato id, quod in prooemio breviter exposui, versiones graecas a magistratibus Romanis publice esse factas, quam maxime confirmari neminem iam puto negaturum. Restat vero, ut videamus, utrum rerum gestarum divi Augusti vel Monumenti Ancyrani, quod vocatur, versio graeca homini Romano, ut Kaibel voluit[1], tribuenda sit i. e. utrum habeat eandem originem publicam, quam ceteri tituli, de quibus egi, an, ut Nissen adfirmavit[2], debeatur homini Gallo. Nam hominem Graecum versionem non fecisse iam demonstravit Kaibel. Sed priusquam, quid de Nisseni interprete Gallo iudicandum sit, exponam, breviter explicabo, quid de singulis tituli partibus sentiam.

Appendices latinae (6, 29—43) mihi videntur factae esse ab eo, qui versionem graecam fecit, quia, ut in versione graeca, in illis ad computandum adhibentur denarii, non sestertii. Sed vix dubitari potest, quin haud pauca lapicida in his appendicibus peccaverit. Ea vero, quae intersunt inter appendicem graecam et ceteram partem versionis, vix efficere possunt, ut de alio interprete cogitare debeamus. Si dicitur 18, 18 *τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων*, ceteris locis *ἡ σύνκλητος καὶ ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων*, tenendum est his locis de senatu populoque Romano, illo loco de populo solo agi et omnino lapicidas in his rebus multa peccavisse, quod ex comparatione Mon. Anc. et Apollon. intellegi iam supra docui[3]. Ceterum in tit. XXI in eadem hac re magna invenitur varietas. Deinde si 18, 23 [*θεῶν π*]*ατρίων* legitur, 10, 12 vero *θεῶν κατοικιδίων*, nihil ea re efficitur. Nam etiam in Augusti ipsius verborum interpretatione talia inveniuntur, velut 1, 2 *τὰ κοινὰ πράγματα*, ceteris locis *τὰ δημόσια πράγματα* legimus, item *χρῆμα* et *χρήματα* promiscue usurpantur multaque alia possunt adferri. Galatas dicit Nissen appendices addidisse, ut rumorem de Augusti avaritia pervulgatum opprimerent. Quod si omnino concedere volumus eum, qui appendices composuit, studuisse, cur non magistratus Romani hoc modo rumorem illum opprimere conari potuerint, non video.

Quae vero praescripta sunt, si coniecturam facere licet ex scriptura 'impensa' ab Augusto et in appendicibus adhibita et 'impensae', ut in praescriptione legitur, certe debentur alii homini. Ac mihi quidem persuasit Mommsen (cf. p. XI editionis alterius) praescriptionem inepte ab Ancyranis expressam esse ex epistula magistratus Romani, quod ex verbis 'exemplar subiectum' sive '*μεθηρμηνευμέναι ὑπεγράφησαν*' intellegi possit. Quae vero versioni graecae praescripta sunt, interpreti totius tituli tribuo maxime propter inepta illa verba *ἐπὶ Ῥώμης*, quae 6, 5 redeunt. Si igitur Nissen contra hanc ratiocinationem

---

1 apud Mommsenum: Res Gestae Divi Aug.[2] Berolini 1883 p. 197 sqq. 2 Rhein. Mus. XLI 1887 p. 481 sqq. 3 cf. p. 60. § 2.

pugnans 'exemplar subiectum' intellegendum esse 'exemplar oculis subiectum' dicit, hanc suam sententiam exemplis ex aliis inscriptionibus sumptis confirmare debebat. Quod ei non contigit. Refutatur autem illa Nisseni sententia ea re, quod 'subiectum' redditum est ab interprete per *ὑπεγράφησαν*. Si enim interpres 'subiectum' accepisset pro 'oculis subiectum', certe scripsisset *πρόκειται* vel *ὑποτέτακται*.

Sed alias res Nissen ad sententiam suam comprobandam adfert. Dicit enim versionem, quae sermonis graeci leges notissimas violaverit, quae contra verborum usum tam saepe peccaverit, a magistratu Romano fieri non potuisse. Sed hoc diiudicandum est ex sermone ceterorum titulorum, qui sine dubio a Romanis scripti sunt. Ex similitudine quidem dictionum locutionumque nihil de hac re potest decerni, quia ceteri tituli et Mon. Anc. adeo diversi generis sunt, ut non tam ex rebus recte vel falso translatis, quam ex multitudine mendorum et ineptiarum id solum statui possit nihil nos impedire, ne versionem ineptam magistratui Romano tribuamus. Ac multos ex illis titulos inepte conscriptos esse plenosque latinismorum satis ostendisse mihi videor. Accedit vero, quod in illis titulis, cum semper eaedem res eaedemque ineptae formulae redeant, satis angusta et parva est copia verborum et dictionum. At Mon. Anc. multa nova insolitaque continentur et multae res Romanorum propriae, quas in sermonem Graecum transferre difficile erat. Itaque nisi forte aliis rebus impedimur, confugiamus ad illam officinam, quam tam multa prava protulisse non ignoramus, neque inveniamus coniectura satis artificiosa novam Galatarum officinam, quae certamen non gloriosum iniret cum Romanis.

Ceterae res a Nisseno adlatae nihil valent. Gr. 13, 5 in lapide est *τῆς [Ἀ]σί[α]ς*, cum exemplar latinum habeat pr[ovinci]ae Asiae. Secundum Nissenum Gallus omisit *ἐπαρχείας*. Quid vero? Gr. 14, 4 nonne eodem modo interpretis neglegentia ad *Γαλατίας καὶ Ἰσπανίας* non additum est *ἐπαρχείας*, quamquam Lat. 5, 11 legitur 'provincias'? Gr. 13, 19 autem idem interpres addidit *ἐπα[ρ]χε[ίαι]*. Quae omnia aut interpreti aut lapicidae debentur. Ac ne in tit. XVI 59, XVII 23 quidem ab interprete Romano ad Asiae provinciae nomen *ἐπαρχεία* additum est (sed cf. XVI 107. 111, XVII 29). Sin autem Nissen putat Gallum facilius Gr. 14, 14 *Χάλυβες* scribere potuisse pro *Χάρυδες* quam Romanum, monendum est Charydes utrique pariter ignotos fuisse, Chalybes vero utrique notos per litteras tantum et fabulas. Tum nescio quomodo Nissen dicere possit loca et regiones urbis Romae interpreti fuisse ignota, cum 11, 8—9 pontes Mulvium et Minucium (Lat. 4, 20) in sermonem graecum non transferret, sed circumscriberet, cum templum Martis Ultoris (Lat. 4, 25) simpliciter redderet per *ναὸν Ἄρεως* (Gr. 11, 16), cum verba 'in curia Iulia' (Lat. 6, 18) redderet *ἐν τῶι βουλευτηρίωι* (Gr. 18, 3): Eodem iure addere potuit verba '[iuxta ae]des Honoris et Virtutis' (Lat. 2, 29), 'pulvinar ad circum' (Lat. 6, 33) 'trans Tiberim' (Lat. 6, 35) omissa esse in interpretatione. Ad haec omnia vertenda non opus erat urbem ipsam novisse. Id tantum ex rebus illis omissis apparet interpretis consilium fuisse, ut ea, quae Galatae vel potius provinciales Graeci utrum scirent necne, nihil attinebat, quan-

tum fieri potuit, omitteret, velut ex appendicibus id consilium cognosci potest, ut quas Augustus fecerat res quibusque optime de republica meritus erat, breviter comprehensae eo magis et facilius perspici et cognosci possent. Quod idem videtur posse inde intellegi, ut de aliis rebus taceam, quod interpres Gr. 1, 20; 14, 15; 16, 12 addidit adiectivum *πολύς*. Deinde si loco sestertium redduntur denarii, apparet id ea de causa esse factum, ut Galatae eo facilius intellegerent, quantae fuissent summae ab Augusto conlatae[1]. Praeterea mihi videtur interpres Romanus Galatis 'ludos saeclares' (Lat. 4, 37) explicavisse per *τὰς θεὰς διὰ ἑκατὸν ἐτῶν γεινομένας, ὀνομαζομένας σαικλάρεις* (Gr. 12, 10), item 'coronam civicam' (Lat. 6, 17) per *ὁ δρύινος στέφανος, ὁ διδόμενος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πολειτῶν* (Gr. 17, 24)[2]. Interpres Romanus solus, ut Kaibel p. 197 iure dicit, memor latinae locutionis de lustro condendo 'lustrum feci' (Lat. 2, 3) vertere potuit per *ἀποτείμησις συνεκλείσθη* (Gr. 4, 12 sqq.). Interpres Romanus saliare carmen (Lat. 2, 21), cum multa carmina saliaria exstare haud ignoraret, reddere potuit per pluralem *οἱ σαλίων ὕμνοι*[3] — re vera Augusti nomen in unum carmen inclusum est —, interpres Romanus 'et imperium mihi dedit' vertere potuit per '*ῥάβδους τέ μοι ἔδωκεν*' (Lat. 1, 5 = Gr. 1, 7), et censum et lustrum per unum vocabulum *ἀποτειμήσεως* (cf. Lat. 2, 2 = Gr. 4, 11, L. 2, 3 = Gr. 4, 12, L. 2, 10 = Gr. 5, 1) potuit reddere, item 'Lupercal' per *Πανὸς ἱερόν* (Lat. 4, 2 = Gr. 10, 4). Accedit denique quod interpres publici sermonis graeci a Romanis usurpati non imperitus fuit. Senatus ei est *σύνκλητος*, consul *ὕπατος* ac ne in ceteris quidem magistratuum Romanorum denominationibus quidquam novi aut insoliti inest, quod de alia atque Romanorum officina cogitare nos cogat. Barbarici etiam illi dativi, quos nominat Nissen, velut Gr. 1, 5 *Γαΐωι Πά[νσ]α [Αὔλωι Ἱρτίωι ὑ]π[ά]το[ι]ς*, 16, 12 *ἐμοῖς αἰσίοις οἰωνοῖς* non discrepant a ceterorum titulorum dicendi ratione. Ac ne pauci quidem illi interpretis errores ex verbis latinis male intellectis nati contra Kaibelii sententiam pugnant[4]. Si Lat. 2, 12 'iam' ab 'exolescentia' disiunxit, Lat. 2, 17 'quattuor' ad genetivum 'sacerdotum' rettulit, si verba 'Sarmatarum, q[ui sunt citra flu]men Tanaim [et] ultra reg[es]' falso reddidit per *Σαρματῶν οἱ ἐπιτάδε ὄντες τοῦ Τανάιδος ποταμοῦ καὶ οἱ πέραν δὲ βασιλεῖς* (Lat. 5, 52 = Gr. 16, 19), quis non concedat ex neglegentia interpretis id esse natum, praesertim cum tales errores etiam in ceteris Romanorum titulis graece scriptis inveniantur. Lat. 3, 17 recte quidem Mommsen vidit

---

1 opus non est ex hac re colligere iussu proconsulis Asiae versionem graecam esse factam, sed verisimilius est Galatas, ut etiam infra explicabo, filium divi Augusti adiisse, ut patris res gestas ipsis permitteret in templis Augusti incidendas. 2 Kaibel putat ea esse sumpta ex glossario. Sed quamquam de his locis aliter sentio, tamen multa ex glossario sumpta esse recte mihi videtur Kaibel contendisse. Ad exempla ab eo p. 199 conlata pauca addere liceat. Rariora enim vocabula, ut *ἀναλαμβάνειν* (Gr. 9, 12) pro verbo iuvandi, *ἀνεγείρειν* (Gr. 11, 18) de aedificiis construendis (cf. Ios. Ant. Iud. X 11, 9) aliaque interpres non de suo, sed ex glossario quodam videtur sumpsisse. 3 Guilelmo Meyero hoc debeo. 4 exempla contulit Mommsen p. 197.

scribendum esse 'In colonis (= coloniis) militum meorum', sed in exemplari latino, quod interpres ante oculos habuit, fuit 'Et colonis': Nam in versione legitur Κ[α]ὶ ἀποίκοις στρατιωτῶν ἐμῶν. Atque cum 'et' legeret, 'colonis' vix accipere potuit pro 'coloniis', sed dare debebat ἀποίκοις, non ἀποικίαις.

Quae cum ita sint, mittamus res gestas divi Augusti a librariis pervulgatas et versionem graecam publico consilio a Gallo quodam factam et quamvis ineptam in templis divi Augusti cum exemplari latino incisam. Versio graeca cum ab homine Romano facta sit, verisimillimum est Galatas Tiberium imperatorem ipsum adiisse, ut sibi permitteret res gestas divi patris in templis eius in Galatia aedificatis incidendas. Tiberius autem eorum precibus obsecutus non solum exemplar latinum, verum etiam ex consuetudine senatus populique Romani versionem graecam iis mittendam curavit.

Pars III.

De decretis apud scriptores servatis.

Fundamento eo quod opus erat posito in hac tertia opusculi parte restat, ut dicamus de decretis, quae nobis cum apud Polybium tum in libro I qui vocatur Maccabaeorum et apud Iosephum servata sunt.

I. De Polybio.

Polybium ea, quae inde ab a. fere $^{554}/_{200}$ narravit, plurima ex actis publicis cum Achaeorum aliorumque tum Romanorum, sive ea senatusconsulta sive imperatorum aut legatorum Romanorum Graecorumque relationes erant sive foedera sive alia decreta, sumpsisse nemo negabit. Sed quaeritur — hic enim de solis Romanorum actis publicis sermo erit — actorum eorum, quae pertinebant ad eos populos, quibuscum graece agebatur, quaeque et graece et latine conscripta erant, utrum exemplaribus latinis usus sit an graecis. Nam constat inter omnes Polybium utriusque sermonis peritum fuisse. Si vero graecis usus est, pro certo adfirmare possumus, cum Romae versatus sit permultum temporis eique sine dubio tabularia Romana patuerint, versiones graecas non solum legatis exterorum populorum esse datas, sed etiam omnes publice positas in ipsis Romanorum tabulariis. Quod qua erant Romani actorum publicorum anxia cura et diligentia, per se verisimile esse vix est cur moneam. Atque mihi quidem persuasi et in eis quae sequuntur ostendere conabor Polybium saepe usum esse versionibus graecis. Nam etiamsi apparet senatusconsulta ea, quae nobis in lapidibus servata sunt, nihil esse nisi epitomas factas ex ipsis actis senatus, etiamsi nemo dubitet, quin Polybius, quae in actis legebat, in sermonem suum transtulerit, tamen hic illic verba genuina epitomarum illarum, quae ipsae quoque in tabulariis publicis servabantur, a Polybio reddita sunt vel ita mutata, ut ex verbis decreti Romanorum graece scripti ea profecta esse satis eluceat. Velut ex formula *χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι* eodem modo quo Iosephus[1] semper *χάριτα* sustulit

1 Iosephus semel tantum (XIV 8, 5) scripsit *ἀνανεούμενοι τὰς προυπηργμένας πρὸς Ῥωμαίους χάριτας καὶ τὴν φιλίαν.*

et tum scripsit *ἀνανεώσασθαι τήν τε φιλίαν καὶ συμμαχίαν* (*τὴν προυπάρχουσαν*) (cf. XXXI 14, 1. 3, XXXII 24, 4), tum simpliciter legatos *τὴν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι* dixit (XXIII 4, 12). Illam *χάριτα* vero Romanorum nescio an reddiderit XXIV 5, 7, XXVIII 1, 7 per *τὰ φιλάνθρωπα*. Item *συγχωρεῖν* XXXII 17, 2 aliisque locis ex decretis Romanorum graece scriptis sumere potuit, inde etiam sumere potuit enuntiatum fere, ut *αἰτησομένους τὴν σύγκλητον, ἵνα αὐτοῖς ἔχειν ἐξῇ, καθὰ καὶ πρότερον* (XXXI 15, 3). Ad genuinum Romanorum exemplar graece scriptum aliquo modo videntur referendae esse formulae *ὡς αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν ἐκ τῆς ἰδίας πίστεως* (XXVIII 1, 9), *ἡ δὲ σύγκλητος .... φιλανθρώπως ἀπεκρίθη* (XXIV 5, 8), *ποιησαμένων λόγους κατὰ πρόσωπον* (XXXII 26, 1) aliaeque. Maxime vero rem ita, ut dixi, se habere mihi videtur comprobari inde, quod etiam substantivum *καταλογή* Polybius servavit loco quodam, ubi senatus de honore legatis tribuendo verba facit, quem honorem a senatu graece redditum esse verbo *καταλογή* titulis, de quibus egi, demonstratur (cf. Pol. XXII 16, 10)[1]. Alio vero loco Polybius hoc vocabulo non utitur.

Idem, quod ex singulis dictionibus vocabulisque cognoscimus, intellegitur etiam ex ipsis decretis, quae Polybius nobis tradidit. Nam ut de contracto illo senatusconsulto XXXIII 18, 12—13 relato taceam, in quo vix quidquam genuinum est praeter illud *ἔδοξεν* in fine additum, is, qui foedus cum Aetolis (XXI 32, 2—14) et pacem cum Antiocho (XXI 45) comparaverit cum titulis XXI et XXIII, vix negabit Polybium graeca exemplaria descripsisse. Ut nonnulla adferam, *ὁ δῆμος ὁ τῶν Αἰτωλῶν τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων* (*διαφυλασσέτω χωρὶς δόλου*) compares velim cum tit. XXIII 15—16; *καὶ ἐὰν πολεμῶσι πρός τινας Ῥωμαῖοι, πολεμείτω πρὸς αὐτοὺς ὁ δῆμος ὁ τῶν Αἰτωλῶν* cum XXIII 19. 23; *ἐὰν δέ τι θέλωσι πρὸς τὰς συνθήκας ἀμφότεροι κοινῷ δόγματι προστεθῆναι ἢ ἀφαιρεθῆναι ἀπ' αὐτῶν, ἐξέστω* cum XXI 39—42. Singulae igitur dictiones conveniunt in universum titulis Romanorum, nisi quod ineptiae eorum, ut par erat, a Polybio corrigebantur. Si Romani post *μηδέ* non verebantur scribere *τις* pro *μηδείς*[2], si contra articuli usum peccabant[3], si omnino non graece scribebant *ὥς τε* pro *ἐάν τε*[4], ea omnia apud Polybium non inveniri eundemque etiam interdum secundum scriptorum consuetudinem verba, ut ei videbatur, mutavisse nemo mirabitur. Neque tamen Polybium nimis vehementer in exemplar, quod ei propositum erat, invectum esse nescio an inde colligere liceat, quod hiatum, quem alibi constanter evitavit, in illis decretis et in foederibus cum Carthaginiensibus factis admisit, unde elucet eum collocationem verborum plerumque retinuisse. Item duorum illorum foederum dispositio eadem est atque in titulis XXI et XXIII et in foederibus, quae omnino graece a Romanis conscripta non fuerunt, cum Carthaginiensibus (Pol. III 22) et cum Latinis (Dion. Hal. VI 95) factis. Satis integra igitur apud Polybium exstant illa foedera[5]. Quae cum ad exemplaria graece conscripta redire verisimile

1 cf. p. 73. 2 cf. p. 69 § 15. 3 cf. p. 60 § 1. 4 cf. p. 67 § 9.
5 res si ita, ut dixi, se habent, monendum est Thommenum, qui quibus temporibus Polybius

Romanorum, immo vero in iis inesse, 'quae vel solitarum formularum sollemnitatem referrent'; recte quidem ex ea similitudine formularum colligit redire haec verba ad exemplar huius foederis publicum: sed si in eo decreto de sola amicitia actum esse putat, *τὴν συμμαχίαν* autem additamentum esse auctoris libri I. Maccab., vereor ne erraverit. Nam non solum substantivum *συμμαχία* additum est, sed omnes condiciones totius foederis eo spectant, ut de foedere aequo, quod etiam in tit. XXI habemus, cogitare debeamus. Nam verba, unde rem ita esse cognoscimus, *ὡς ἂν ὁ καιρὸς ὑπογραφῇ αὐτοῖς* (v. v. 25 et 27) certe interpretanda sunt: 'ubi tempus destinatum erit, ubi postulatum erit'[1]. Ac ne id quidem dubitationem movere debet, quod et Iudae et Ionathae et Simoni foedus factum vel renovatum tribuitur. Nam foedera a regibus facta ab eorum successoribus renovanda erant[2]. Itaque nisi forte, ut U. de Wilamowitz me monuit, Iudaeorum ethnarchi et pontifices ipsi sibi ea decreta finxerunt[3], Romani re vera cum Iudaeis foedus aequum fecerunt. Foederum a Ionatha et Simone renovatorum verba servata non sunt, nisi quod in l. I. Macc. c. 14 et 15, quae capita additamenta sunt plurima interpolatoris impudentissimi (cf. 14, 16—19. 24—26!)[4], tradita est epistula, quae dicitur a consule Lucio (scil. Calpurnio Pisone) ad Ptolemaeum regem Aegypti missa (I. Macc. 15, 16—23). Sed genuina consulis verba apparet nos non habere. Ceterum epistula scripta est a. $^{615}/_{139}$.

2.

Deinde nobis agendum est de decretis apud Iosephum XIII 9, 2 et XIV 10, 22 relatis. XIII 9, 2 igitur traditur senatusconsultum a. d. VIII. id. Febr., ut mihi videtur, circa a. $^{622}/_{132}$ factum[5], ex quo Romani cum Hyrcano I foedus renovaverunt, auxilium vero, quod idem petivit contra Syriae regem, denegaverunt. Inde enim a Februario mense a. $^{620}/_{134}$ Antiochus Sidetes contra Iudaeos bellum gesserat et ineunte Octobre anni insequentis $^{621}/_{133}$ Hierosolymis captis Iudaeos in ditionem redegerat. Posthac senatusconsultum XIII 9, 2 factum esse praeclare ostendunt verba, etiamsi vix genuina sunt, haec: *κατὰ τὸν πόλεμον ἐκεῖνον* et *τὰ ψηφισθέντα* i. e. pacis condiciones (cod. Leid. et Reg. *ψηλαφηθέντα*,

---

foederis verborum, quae accuratius in l. I. Macc. servata sunt, tribuenda sit. Nam Iosephus decreta ita etiam adfert, tanquam ipse ea vidisset in Capitolio et descripsisset, quod nemo sibi persuadebit. 1 cf. C. I. A II 52, 15; add. 49[b], 5. 10. 19. 30, Thuc. V 47, 3. 4 *καθότι ἂν ἐπαγγέλλωσιν*, 2 cf. Mommsen Röm. Staatsr. III p. 594 'Das mit einem König abgeschlossene Bündniss gilt als beschränkt auf des Königs Lebenszeit.' 3 scil. quae Iudae et Ionathae aetate facta dicuntur; nam de Romanorum cum Simone foedere vix licet dubitare, cum praeter Iosephum etiam is, qui magnam partem c. 14 et 15 addidit ad l. I. Macc., hoc tradiderit et omnino verisimile sit Simonem Iudaea liberata amicitiam et societatem Romanorum petivisse. 4 cf. Destinon Die Quellen des Flavius Iosephus p. 80 sqq. 5 etiam Mommsen Röm. Staatsr. III p. 922 adn. 4 circa a. $^{623}/_{131}$ senatusconsultum factum esse dicit. Mendelssohnii sententia, qui *ἐκεῖνον* delendum et *ψηφισθέντα* in *πραχθέντα* mutandum esse censet, probari vix potest.

unde Ritschl *ψηλαθέντα* coniecit). Quamquam autem iam ab hac parte Ritschelii et Mendelssohnii sententiae refutantur — tribuunt enim senatusconsultum a. $^{621}/_{133}$ —, tamen opus erit etiam accuratius eorum ratiocinationes sequi et comprobare eas ferri non posse.

Continetur enim XIV 10, 22 in decreto Pergamenorum alterum senatusconsultum, quod sine dubio Hyrcani I temporibus factum est, cum in eo Antiochus quidam vexationibus in Iudaeorum terram abstinere vetetur. Quod cum iam omnes recte cognovissent, Ritschl[1] et Mendelssohn[2] de Antiocho, ut legitur in senatusconsulto, Antiochi f. Cyziceno, qui inde ab a. $^{643}/_{111}$ usque ad a. $^{658}/_{96}$ Syriae praefuit, cogitari posse negaverunt. Nam cum in senatusconsulto illo Iope ab Antiocho Cyziceno capta et tota Iudaea vehementissime vexata dicerentur, ex Iosephi narratione apparere nec Iopen unquam in Antiochi potestate fuisse et Iudaeos adeo non oppressos esse a Syriae rege, ut ipsi superiores essent. Iosephi autem totam illorum temporum narrationem ostendere senatusconsultum pertinere ad Antiochum Demetrii f. († $^{626}/_{128}$), qui Iopen Iudaeis eripuisset et Hierosolyma ipsa obsidione circumdedisset. Sed iam Gutschmid[3] de illorum virorum sententia dubitans ex multis rebus probabile reddidit senatusconsulti verba corrigenda non esse ex Iosephi narratione, cui omnis fides deneganda esset: Iopen fuisse re vera in Antiochi Cyziceni potestate et Iudaeos quam maxime ab illo esse vexatos. Quas res etiamsi in universum recte exposuit, tamen in eo erravit, quod Iopen ab Antiocho Sidete Iudaeis redditam esse negavit — quod quidem probari non posse iam Mendelssohn vidit —, sed illum portum occupatum fuisse a Syriae regibus inde ab Antiochi Sidetis aetate usque ad Antiochum Cyzicenum. Iopen autem, ut infra, ubi de senatusconsulto XIV 8, 5 relato disputabo, ostendam, ab Antiocho Sidete Iudaeis redditam et denuo ab Antiocho Cyziceno expugnatam esse existimandum est. Ut igitur finem faciam, verisimillinum reddidit Gutschmid Iopen in Antiochi Cyziceni potestate fuisse et decretum XIV 10, 22 ad eius aetatem referendum esse. Iam vero alia accedunt, quae Gutschmidii sententiam unam veram, Mendelssohnii et Ritschelii vero improbandam esse demonstrant.

Mendelssohn enim putat senatusconsultum XIV 10, 22 paulo post decretum XIII 9, 2 factum esse, utrumque igitur a. $^{621}/_{133}$. Primum autem precibus Iudaeorum mense Februario a senatu denegatis (XIII 9, 2) vix credibile est eodem anno alteram legationem missam esse Romam, praesertim cum ex iis, quae de prioribus legationibus tradita sunt, satis eluceat multo maiora temporis spatia legationibus Romam missis trita esse. Falso etiam a Mendelssohnio verba 'senatum de precibus Iudaeorum acturum esse, *ὅταν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἡ σύγκλητος εὐσχολήσῃ*' intellecta sunt, cum ea ita p. 135 interpretatus sit: 'Quippe commode senatus tali praesertim qualis a. $^{621}/_{133}$ erat temporum civilium ratione Iudaeorum legatos in opportuniora tempora reicere potuit, *ὅταν . . εὐσχολήσῃ*,

---

1 cf. Rhein. Mus. XXVIII p. 610 adn. 31. 2 p. 135 sqq. et 223 — 26.
3 cf. Litterar. Centralblatt 1874 p. 1259 sqq.

pollicitus insuper curae sibi fore, ne Antiochus in posterum tantas iniurias eis inferre auderet.' Quid vero? Si verbis *ὅταν . . . . εὐσχολήσῃ* non significatum esset senatum omnino recusare, ne se immisceret rebus Iudaeorum et Antiochi, cur non Romae manserunt legati, dum dies, qui aptior esset ad agendum de eis rebus, appareret? Cur senatus legatos domum misit litteris commendaticiis datis? Senatus temporibus illis satis occupatus noluit vel non potuit rebus Iudaeorum consulere. Res si ita se non haberet, certe litteras ad Antiochum mittere potuit. Tantum temporis ei defuisse vix verisimile est. Cur non iidem legati mittuntur? Quo modo omnino fieri potuit, ut Hyrcanus in Hierosolymitarum urbe obsessus legationem Roma reversam reciperet, alteram denuo ex urbe Romam mitteret? Expressis enim verbis XIII 8, 2 tradit Iosephus Antiochum Hierosolyma ita circumsedisse, ut nemo ex urbe excedere posset, ut legitur ibi *'Αντίοχος μὲν οὖν τοὺς ἀπολεχθέντας ἐξελθεῖν ἐκώλυεν, οἱ δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ τείχεσι πλανώμενοι καὶ προαναλούμενοι τῷ λιμῷ ἀπέθνησκον οἰκτρῶς*. Deinde re vera Hyrcanus usque ad Antiochi mortem tributa ei dedit. Si vero senatus Antiocho litteras misisset, ut omnia redderet Iudaeis et Iudaeos libertate uti sineret, sane mirum esset Hyrcanum per tot annos Antiocho tributa dedisse auxiliaque ei misisse ad bella gerenda (cf. XIII 10, 1: *Ὑρκανὸς δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐκεῖνον* (post Antiochi mortem) *ἐν εἰρήνῃ διῆγε· καὶ γὰρ αὐτὸς μετὰ τὴν 'Αντιόχου τελευτὴν τῶν Μακεδόνων ἀπέστη καὶ οὔτε ὡς ὑπήκοος οὔτε ὡς φίλος αὐτοῖς οὐδὲν ἔτι παρεῖχεν*). Sub Demetrio igitur Nicatore demum Hyrcanus libertatem sibi vindicavit[1]. Quae de narratione Iosephi et pietate Antiochi Mendelssohn p. 128 eqs. disputat, ea satis iam Gutschmid[2] refutavit. Nam id tantum concessit Antiochus, ut Hierosolymitarum urbs praesidio libera esset. Etiam Graetz[3] optime exposuit pacis condiciones sub specie *φιλίας καὶ συμμαχίας* datas re vera non tam aequas fuisse, quam Mendelssohn putat. Quae cum ita sint, Mendelssohnii sententia abicienda est.

Paulo aliter iudicavit Ritschl, qui, ut supra dixi, ipse quoque de Antiocho Demetrii f. cogitandum esse contendit. Existimavit enim senatusconsultum XIV 10, 22 relatum factum esse ante id senatusconsultum, quod nobis XIII 9, 2 servatum esset, Antiochum vero Romanorum mandata non curavisse. Sed cum senatusconsultum apud Ios. XIII 9, 2 relatum initio anni $^{621}/_{133}$ factum esse dicat, necesse esset senatusconsultum, quod nobis in Pergamenorum decreto traditum est, factum esse iam ante a. $^{621}/_{133}$. Quod mihi ea de causa probari non posse videtur, quod decretum factum est a Pergamenis sociis Romanorum (cf. *καὶ αὐτοὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ 'Ιουδαίων σύμμαχοι ὄντες 'Ρωμαίων κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα ἐψηφισάμεθα*, ubi Mendelssohn quidem mutandum censet *συμμάχων ὄντων*

---

1 cf. etiam Iustinum XXXVI 1, 10: '(Antiochus Sidetes) Iudaeos quoque, qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem vindicaverunt, subegit. Quorum vires tantae fuere, ut post haec nullum Macedonum regem tulerint domesticisque imperiis usi Syriam magnis bellis infestaverint', cf. Ios. XIII 9, 1. 2 Litterar. Centralblatt 1874 p. 1260.
3 Geschichte der Juden II p. 60 eqs.

'*Ῥωμαίων*). Si enim ante a. $^{621}/_{133}$ decretum illud factum esset, sine dubio in praescriptis legeremus ;ipsius Attali nomen regis Pergamenorum. Nam Mendelssohnii sententia[1], ex qua Pergamenorum decretum a. $^{608}/_{146}$ tribuendum et senatusconsultum a. $^{621}/_{133}$, ut ei videbatur, per errorem in illud decretum irrepsisse putandum est, ne mihi quidem probatur[2]. Ac ne tum quidem Ritschelii sententia probari potest, si senatusconsultum XIII 9, 2 a. $^{622}/_{132}$ sive $^{623}/_{131}$ factum esse putamus. Nam cum a. $^{621}/_{133}$—$^{624}/_{130}$ Aristonicus bellum contra Romanos in antiquo Attalidarum regno gesserit, vix putare possumus Romanos illo tempore Iudaeorum legatos ad socios Pergamenos cum litteris commendaticiis misisse. Quae cum ita sint, nemo non concedet illorum virorum coniecturis reiectis verisimillimum esse senatusconsultum XIII 9, 2 relatum c. a. $^{622}/_{132}$, XIV 10, 22 autem Antiochi Cyziceni aetate esse factum. De senatusconsulto denique XIV 8, 5 servato, quod ipsum quoque Hyrcani I aetati tribuendum esse certis argumentis me comprobaturum esse spero, infra verba faciam.

3.

Tertio loco de decretis aetatis Caesarianae disputandum est. Sed priusquam ad ipsam rem accedamus, breviter de Niesii sententia, quam mihi probari iam supra commemoravi[3], Iosephum decreta sua ex Nicolai Damasceni libris sumpsisse, nonnulla addenda sunt. Niese demonstraverat Nicolaum Damascenum collectionem decretorum talem, qualem apud Iosephum invenimus, non modo habuisse, sed etiam publici iuris fecisse in libris historiarum suarum 123 et 124. Decreta vero disiungenda esse in duas partes, altera contineri ea, quae pertinerent ad Iudaeos Palaestinenses eorumque principes, altera decreta spectantia ad Iudaeos in Asia habitantes. Idem vir doctus Iosephum ipsum illa decreta narrationi suae inseruisse comprobavit et inde explicavit malum decretorum, qui apud Iosephum exstat, ordinem malamque collocationem. Ac mihi quidem persuasit decreta apud Ios. XIII 9, 2, XIV 8. 10. 12, XVI 6, 2—7 relata ex Nicolao, qui praecipuus fons Iosephi librorum XIV—XVII fuit, esse sumpta. Nam ea, quae Mendelssohn[4] et Iudeich[5] contra Niesium proferebant, nihili esse existimo. Mendelssohn enim putavit in sententia Niesii inesse, quae inter se discreparent. Nicolai libros totos cum exscripsisset Iosephus[6] et in eiusdem Nicolai libris decreta, de quibus agitur, invenisset, apparere aut Iosephum bonum ordinem, qui fuisset apud Nicolaum, turbavisse et inepte decreta hic illic inseruisse aut iam apud Nicolaum decreta incondite et sine ordine collocata fuisse: quarum sententiarum haec iure Mendelssohnio non probatur, cum nemo dubitet, quin Nicolaus

---

1 cf. Mendelssohn senaticons. p. 135 sqq. 223 sqq. 2 cf. Niese Hermes XI p. 482 adn. 3, Gutschmid l. c. 3 cf. p. 91. 4 cf. Rhein. Mus. N. F. XXXII p. 250 sqq.
5 cf. W. Judeich Caesar im Orient, § 27: Die cäsarischen Dekrete für die Juden p. 137.
6 Niese quidem hoc non diserte dicit, sed cf. Mendelssohn l. c. p. 251 adn. 1 et Destinon Die Quellen des Flavius Iosephus p. 91 sqq.

decreta a se collecta in narratione causae Iudaeorum Asianorum contra urbes Asiae actae bene ordinaverit[1], illa vero ab ea re videtur discrepare, quod Iosephus ipse decreta suae narrationi rerum inseruisse dicitur. At fugit aliquid Mendelssohnium. Nicolaus enim decreta, quae collegerat, in alio nexu sententiarum attulerat, in enarratione causae illius, quam Iudaei apud Agrippam contra Asiae civitates agebant. Quam causam tam copiose enarrare, ut Nicolaus fecerat, a Iosephi archaeologia alienum erat. Itaque Iosepho decreta in alium nexum rerum inserenda erant. Quae cum ita sint, decreta quamvis bene a Nicolao ordinata tamen fieri potuit, ut a Iosepho tam male et inepte insererentur, ut re vera factum est.

Neque felicius Iudeich, cuius tota de decretis Caesarianis disputandi ratio, ut verum fatear, placere mihi non potest, Niesii sententiam impugnavit. Nam quod dicit decreta XIV 8, 5 et XIV 10, 2 relata sibi videri a Iosepho ipso ex Sidoniorum tabulariis publicis sumpta esse, cum illa decreta integra servata essent, fragmenta vero Josephum hausisse ex Nicolai Damasceni libris, inane est. Praeterquam enim, quod secundum hanc rationem argumentandi Josephus paene omnia decreta ipse ex tabulariis publicis collegisse censendus esset, quod quidem nemo probabit, non licet nobis decreta apud Iosephum servata eo modo disiungere. Si enim eorum argumenta respicimus, nobis dicendum est omnia in Nicolai collectione esse potuisse. Itaque non est, cur non omnia ex Nicolai libris sumpta esse putemus. Si alia magis, alia minus integra apud Iosephum leguntur, necesse est hanc diversam rationem describendi tribui Nicolao ipsi.

His rebus explicatis primum ad singula frustula XIV 10, 2—10 servata animos advertamus:

XIV 10, 2 continetur epistula Caesaris dict. II ad Sidonios sub finem mensis Junii a. $^{707}/_{47}$ data. Cui epistulae additum est edictum Caesaris, quo privilegia honoresque Hyrcani et Iudaeorum confirmantur. Sed huius edicti nihil ibi exstat nisi fragmentum. Verba enim ultima huius paragraphi *παραχειμασίαν ἢ χρήματα πράττεσθαι οὐ δοκιμάζω*, quae non de libertate omnium tributorum intellegenda sunt, ut infra ostendam, copiosius repetuntur in § 6, 1 inde a verbis *καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε στρατηγὸς ἢ πρεσβευτὴς ἐν τοῖς ὅροις τῶν Ἰουδαίων συνιστᾷ* (sic Wilamowitz pro *ἐνιστᾷ*) *συμμαχίαν μηδὲ στρατιώτας ἐξῇ* (sic Mendelssohn et Wilamowitz pro *ἐξείη*) *τὰ χρήματα τούτων εἰσπράττεσθαι ἢ εἰς παραχειμασίαν ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανταχόθεν ἀνεπηρεάστους*. Apparet igitur etiam illa verba spectare non ad officia quaedam Hyrcani, sed ad privilegia.

XIV 10, 3: *Γαίου Καίσαρος ὑπάτου δεδογμένα συγκεχωρημένα προσκεκριμένα ἐστὶν οὕτως ἔχοντα* integra verba decreti non sunt, sed Iosepho videntur tribuenda esse, quem fugit Caesarem omnino non fuisse consulem, cum privilegia, de quibus deinceps agitur,

1 Decreta quidem apud Ios. XVI 6, 2. 7 relata in illa collectione anni $^{738}/_{16}$ non fuerunt, sed ex Nicolao ea sumpta esse inde apparet, quod totus liber XVI Iosephi descriptus est ex Nicolai libris. Itaque utut est, etiam ea decreta Nicolaus attulerat.

Hyrcano tribueret. Tota paragraphus in duas partes potest disiungi: altera cui praescripta, quae modo attuli, addita sunt, de privilegiis agit, quae Hyrcano eiusque liberis data sunt, altera, quae sequitur nexu sententiarum plane interrupto, continet epitomen decreti alicuius, in cuius naturam accuratius inquirendum est. Mendelssohn p. 205 sqq. suspicatus erat hac paragrapho contineri senatusconsultum, quod factum esset a. $^{708}/_{46}$ legatis ab Hyrcano Romam missis. Iudeich vero p. 126 praepositione *πρός* ante *Ὑρκανόν* deleta contendit § 3 contineri epistulam Caesaris Romam missam, qua magistratibus Romanis mandavisset, ut ipsius edictum in Capitolio ponerent et legatos, quos Hyrcanus ad senatum missurus esset, omnibus honoribus afficiendos curarent. Sed praepositionem *πρός* ante *Ὑρκανόν* deleri non est necessarium, ne id omnino ferri posse negem. Nam mea quidem sententia nihil obstat, ne putemus honoris causa legatos ad Hyrcanum missos esse, praesertim cum illos legatos verisimile sit iussos esse curare senatusconsultum, de quo in hoc fragmento agitur, in tribus Asiae urbibus ponendum[1]. Habemus vero ut quid sentiam explicem, in hac paragrapho fragmentum senatusconsulti, ex quo legati in orientem mittuntur, dum Hyrcani legati Romae versantur. Nam primum agitur de senatusconsulto quodam — *δόγμα* semper senatusconsultum est — in Capitolio et in tribus Asiae urbibus ponendo, deinde videtur agi de praeceptis *τοῖς κατὰ πόλιν ταμίαις* datis — nam de quaestoribus urbanis cogitandum esse censeo, quia *κατὰ πόλιν* ibi legitur, quamquam verba totius enuntiationis a librariis tam corrupta sunt, ut nisi violenter sanari non possint, — tum de legatis (scil. Hyrcani) in amicorum formulam referundis — nam id puto inesse in verbis *εἴς τε τοὺς φίλους ἀνενέγκωσι*, quae vix cum verbis, quae antecedunt, *τοῖς κατὰ πόλιν ταμίαις καὶ τοῖς τούτων ἡγουμένοις* — haec ultima verba non intellego — arte cohaerere possunt —, postremo de munere legatis illis dando. Quae omnia in epistula Caesaris Romam missa fuisse nemo dicat. Accedit, quod epistulae nullum in hoc fragmento inest vestigium. Quod cum certum sit nos in hoc fragmento habere senatusconsultum, necesse est, ut ex verbis *καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς παρασχεῖν* colligamus eodem tempore legatos Hyrcani Romae fuisse. Nam de aliis legatis hic sermo fuisse non potest. Si igitur hoc fragmentum senatusconsulti omnibus formulis sollemnibus instructi cum priore huius paragraphi parte coniungimus, verisimillimum fit edictum Caesaris de Iudaeis a. $^{707}/_{47}$ factum illo senatusconsulto esse confirmatum. Senatusconsultum ipsum videtur factum esse sub finem eiusdem a. $^{707}/_{47}$, Caesare praesente an absente dici non potest, quamquam illud fortasse iure potest colligi ex Iosephi verbis XIV 10, 1: *Καῖσαρ δ᾽ ἐλθὼν εἰς Ῥώμην ἕτοιμος ἦν πλεῖν ἐπ᾽ Ἀφρικῆς πολεμήσων Σκιπίωνι καὶ Κάτωνι· πέμψας δ᾽ Ὑρκανὸς πρὸς αὐτὸν παρεκάλει βεβαιώσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ συμμαχίαν*, quibus verbis fidem abrogandam esse iniuria Niese p. 474 mihi videtur dixisse. Nam etiamsi ea legatio non commemorata est in bello Iudaico, tamen temporis definitio eiusmodi est, ut Iosephum eam

1 *καὶ* ante *ἐν τοῖς ναοῖς* delendum est.

finxisse vix credam. Atque omnino per se iam est verisimile Hyrcanum edicto Caesaris mense Iunio facto eodem anno legatos Romam misisse, ut edicti confirmationem a senatu impetraret. Postremo pauca addere liceat de verbis *καὶ διατάγματα πέμψαι πανταχοῦ* (*πανταχοῖ* scr. Gutschmid), quae fateor me non intellegere. Nam recte antea senatusconsultum redditum est per *δόγμα*, antea iam actum est de eodem in Capitolio et in templis trium urbium Asiae ponendo: *διατάγματα* possunt intellegi edicta Caesaris (nonne *διάταγμα* dicendum erat?), sed ea iam a Caesare ipso ex Syria ad urbes Asiae missa esse docet Ios. XIV 10, 2. Haec verba igitur nec de edictis nec de senatusconsulto possunt intellegi. Qua de causa aut a Iosepho imperite et inepte conformata sunt ex Nicolai nescio quibus verbis aut tale aliquid inest, ut *κατὰ τὸ διάταγμα πέμψαι*.

XIV 10, 4 iterum pertinet ad privilegia Hyrcano eiusque liberis data. Sed re vera nihil novi in hac partiuncula inest. Praescripta *Γάιος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ δικτάτωρ ὕπατος* a Iosepho ficta sunt. Nam *ὕπατος* Caesar non fuit a. $^{707}/_{47}$, ad quem hoc fragmentum, si argumenti eius rationem habemus, referendum videtur.

XIV 10, 5 si praescriptionem *Γάιος Καῖσαρ ὕπατος τὸ πέμπτον* sequimur[1], continentur constituta Caesaris cos. V i. e. a. $^{710}/_{44}$. Conceditur primum Iudaeis, ut muros aedificent Hierosolymis, deinde ut certus frumenti modus de tributo detrahatur, tum ne publicanis in Iudaea esse liceat, postremo ne eadem tributa in futurum pendant. Quae omnia turbata maleque ordinata esse iam Mendelssohn p. 199 cognovit. Nam verba *μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς τελῶσιν* praecedere debuerunt verbis *ὅπως τε Ἰουδαίοις ... τῆς προσόδου κόρον ὑπεξέλωνται* eqs.

XIV 10, 6 continentur duo fragmenta actorum publicorum[2]. Prior pars huius paragraphi pertinet, ut ex praescriptis *Γάιος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον ἔστησεν* elucet, ad edictum Caesaris a. $^{707}/_{47}$[3]. Sed quaeritur, quod argumentum sit huius partiunculae. Si

---

1 Cum Ios. XIV 8, 5 narraret iam a. $^{707}/_{47}$ Caesarem permisisse, ut Hierosolymorum muri reficerentur, Ritschl Rhein. Mus. XXVIII p. 600 (cf. XXIX p. 344) et Mommsen Hermes IX p. 285 adn. 1 *τὸ πέμπτον* mutandum censuerunt in *τὸ δεύτερον*. Sed iure dixit Mendelssohn p. 200 ne cos. quidem II Caesarem a. $^{707}/_{47}$ potuisse nominari, cum illo anno omnino consulatum non obtinuisset. Neque vero licere mutare verba tradita in *Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ καὶ ἀρχιερεὺς δικτάτωρ τὸ δεύτερον*, ut Mendelssohn ibid. proposuit, vix opus est dicere. Fortasse iam Nicolaus in errorem incidit, quamquam Niese p 487 nescio an iure verba, quae tradita sunt, retinuerit. 2 Mendelssohn p. 197 id primus vidit. Niese p. 486 et Iudeich p. 140 § 6 in duas partes disiungendam esse negaverunt et scribi iusserunt *αὐτοκράτωρ δικτάτωρ τὸ τέταρτον*. Tenendum vero est utrumque ea de causa mutare, quia temporis aliquem ordinem decretorum ita efficere volunt. Niese rem accuratius non exposuit, Iudeich vero p. 140 causas affert, quae nihili existimandae sunt. Rationem habere debuit argumenti huius paragraphi, non ordinis quem sibi ipse constituit temporis. 3 Mendelssohn, qui recte cognovit ab his verbis incipere edictum Caesaris, iniuria contendisse mihi videtur hoc edictum aliud esse atque id, cuius partiunculam iam in § 2 invenimus, alterum ante, alterum post Antigoni causam a Caesare Hyrcano datum esse. Vidimus enim verba ultima § 2 copiosius in § 6 repeti et § 2 omnino mutilatam

codicum Iosephi scripturam sequimur, Caesar decrevit *ὅπως τελῶσιν* (scil. *Ἰουδαῖοι*) *ὑπὲρ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως Ἰόπης ὑπεξαιρουμένης ... καὶ ἵνα ἐν Σιδῶνι τῷ δευτέρῳ ἔτει τὸν φόρον ἀποδιδῶσι ...., πρὸς τούτοις ἔτι καὶ Ὑρκανῷ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ τοῖς προγόνοις αὐτῶν*[1]. Sequitur deinde locus, quem iam attuli, *ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων* eqs. Apparet igitur Iopen tum cum hoc decerneretur, Hyrcano nondum fuisse addictam. Expressis verbis excipitur Iope ex iis urbibus, quae et Romanis et Hyrcano tributa pendere iubentur. Iope vero Hyrcano data est demum a. $^{710}/_{44}$. Itaque recte se habet praescriptio, quae edictum Caesaris a. $^{707}/_{47}$ tribuit.

At in altera § 6 parte nobis senatusconsultum a. $^{710}/_{44}$ servatum est. Senatusconsulti fragmentum id esse elucet ex verbis *ἀρέσκει ἡμῖν, ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ*, a. $^{710}/_{44}$ vero factum esse inde colligi potest, quod Iope Hyrcano addicta dicitur. Eo senatusconsulto definiuntur tributa, quae oppida et regiones modo partae pendere debent Romanis, velut Hyrcanus pro Iope iubetur *τελεῖν* (ita scribendum puto pro *ἔχειν*)[2] *κατ' ἐνιαυτὸν*

---

esse. Ceterum cf. etiam Niesium p. 485. Si denique Mendelssohn putavit hoc Caesaris edictum in senatusconsulto a. $^{710}/_{44}$ ad verbum repetitum esse, monendum est id iam per se vix verisimile esse, deinde vero nullum in Iosephi verbis vestigium inesse, ex quo id colligere possimus, postremo duas illas huius paragraphi partes satis violenter nexu sententiarum interrupto compositas esse.

1 Mendelssohn p. 203 coniecit scribendum esse secundum Epiphanii versionem latinam — et eius sententiam unam veram esse confirmavit Mommsen Röm. Gesch. V 501 adn. 1 — *ὅπως τελῶσιν ὑπὲρ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως Ἰοπηνοὶ* (pro *Ἰοπεῖς*) *ὑπεξαιρουμένου τοῦ ἑβδόμου ἔτους* (*χωρὶς* delet) eqs., et hoc modo efficit, ut de tributo Iopensium in hac paragrapho agi putare debeamus. Sed quid sibi volunt verba *ὑπὲρ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως?* (cf. Niese p. 485 adn. 1). Verbis ut videtur *ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων* eqs. (cf. legem de Thermessibus C. I. L. I. n. 204 nei quis magistratus prove magistratu legatus ne[ive] quis alius meilites in oppidum Thermesum maiorum Pisidarum .... hiemandi caussa introducito .... nisei senatus nominatim, utei Thermesum .... in hibernacula meilites deducantur, decreverit) commoti Mommsen et Iudeich putaverunt libertatem omnium tributorum Iudaeis esse concessam. Sed verba ea optime quadrant ad id, quod de tributis pendendis dictum est. Ita enim Hyrcanus et Iudaei tributa iubentur solvere, ut ipsi ea colligant et Romanis Sidone tradant. Accedit vero, quod a. $^{710}/_{44}$ statuitur, Iudaei ut ne eadem tributa pendant in futurum, ex quibus verbis nemo non colligit et antea Iudaeos tributa pependisse et postea esse pensuros. Tum vero quid sibi vellent tributa Iopensium Romanis pendenda in edicto Caesaris pro Hyrcano facto? quomodo fieri potuit, ut Iopenses, quamquam non fuerunt sub imperio Hyrcani, tamen pendere iuberentur tributa Hyrcano? Postremo vero monendum est minime tributorum, quae Romanis pendere debebat, liberam factam esse Iopensium urbem, cum sub Hyrcani potestatem venisset a. $^{710}/_{44}$, sed certum quendam modum, quem Hyrcanus pro Iope Romanis pendere debebat, tributorum a senatu esse constitutum (cf. adn. 2).

2 Niese p. 485 adn. 1 de *ἔχειν* iam dubitavit. Notio pendendi requiritur. Si *τελεῖν* scribimus, habent verba *ὑπὲρ ταύτης τῆς πόλεως*, quo referantur, item *μοδίους* et *φόρους*, quorum illud appositio est addita ad *φόρους*. Genetivus vero *ἐξαγωγίου* pendet ab accusativo *μοδίους*. *Σιδῶνι* vel potius *ἐν Σιδῶνι* necessario postulat, ut verba de tributis Romanis pendendis intellegamus; verbis *παρὰ τῶν τὴν γῆν νεμομένων* significantur ii, a quibus Hyrcano vectigalia exigenda erant. Itaque etiam ab hac parte confirmatur coniectura mea et sententia, quam de tributis Iudaeorum explicavi. Item in media paragrapho *ἐπὶ* ante *τούτοις τε τοῖς δικαίοις* mihi videtur delendum esse et in extr. *εἰσαγάγωσι* pro *εἰσάγωσι* scribendum esse ci. Sauppe.

(*ἐν*) *Σιδῶνι μοδίους δισμυρίους ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε.* Praeter alias deinde res multi et magni honores decernuntur Hyrcano et legatis eius. Senatusconsultum factum est, ut ex comparatione § 10 intellegitur, a. d. V. id. Febr.

XIV 10, 7 ab omnibus[1] dicitur esse initium senatus consulti illius, quod modo tetigimus. Eidem senatusconsulto tribuendam esse hanc paragraphum iam ex praescriptis cognoscitur. Sed tenendum est nomen eius, qui senatum consuluit, diem, locum, testes huic fragmento, quo oratio Caesaris continetur, praecessisse.

XIV 10, 8 exstat epistula, si Iosephum sequimur, Iulii Gaii *στρατηγοῦ ὑπάτου Ῥωμαίων.* Iure Mendelssohn secutus Ritschelium[2] epistulam tribuit P. Servilio P. f. Vatiae Isaurico, qui Asiam a. $^{708}/_{46}$ et $^{709}/_{45}$ administrabat. Attamen a Mendelssohnio dissentio in eo, quod scribendum putat *Πόπλιος Σερουίλιος Οὐατίας στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων. Στρατηγὸς ὕπατος* hic suum locum non habet[3]. Cognomine Vatiae Servilium non usum esse docuerunt Mommsen[4] et Waddington[5]. Qua de causa Langii coniecturam recipiendam esse puto *Πόπλιος Σερουίλιος Ἰσαυρικὸς ἀνθύπατος Ῥωμαίων*, quamquam quantum peccaverit Iosephus, dicere non possum. Si Mendelssohn[6] *Ῥωμαίων* fraude a Iosepho illatum esse in verborum cohaerentiam dicit, hoc potest refutari titulis collectionis meae I, III, IV, VII (?). Epistula haec, qua conceditur Iudaeis libera religionis exercitatio, ad Parianos missa est.

XIV 10, 10 denique continetur senatusconsultum a. d. III. id. Apr. a. $^{710}/_{44}$ factum, ex quo senatusconsultum a. d. V. id. Febr. eiusdem anni factum refertur in tabularium publicum. Omnes iustae et sollemnes formulae adsunt. Senatusconsultum ipsum satis integrum est, etiamsi haud pauca maxime in extr. paragrapho a Iosepho mutata esse non negaverim. Similem titulum descripsi supra sub numero XIX[7].

Ut igitur hic subsistamus, continetur

§ 2 edictum Caesaris de Hyrcano a. $^{707}/_{47}$ cum epistula ad Sidonios missum (edictum mutilatum est),
§ 3 senatusconsultum a. $^{707}/_{47}$ factum, quo confirmatur edictum § 2,
§ 4 fragmentum edicti Caesaris a. $^{707}/_{47}$ facti,
§ 5 fragmentum edicti Caesaris a. $^{710}/_{44}$ facti,
§ 6,1 altera pars edicti Caesaris a. $^{707}/_{47}$ facti,
§ 6,2 senatusconsulti de Iudaeis a. $^{710}/_{44}$ a. d. V. id. Febr. facti fragmentum,
§ 7 fragmentum eiusdem senatusconsulti,
§ 8 epistula P. Servilii Isaurici a. $^{708}/_{46}$ scripta,
§ 10 senatusconsultum a. d. III. id. Apr. a. $^{710}/_{44}$ factum.

---

1 cf. Mendelssohn p. 232, Niese p. 486, Iudeich p. 189. 2 cf. Rhein. Mus. XXVIII p. 612 sqq. XXIX p. 314 sqq. 3 cf. supra p. 70 sqq. 4 cf. C. I. L. I p. 183 n. 622. 5 cf. Fastes des provinces asiatiques Paris 1872 p. 75. 6 cf. p. 216 adn. 2. 7 verba huius paragraphi *δέλτῳ δευτέρᾳ καὶ ἐκ τῶν πρώτων* ex titulo XVIII 59 emendanda sunt. Verba *καὶ ἐκ τῶν πρώτων*, quae sensu carent, corrupta sunt ex *κηρώματι πρώτῳ*.

Qui in his decretis ordo potest cognosci? Iudeich p. 125 in ordinando Iosephum temporis rationem habuisse coniecit: § 2—8 continent decreta ante, § 10 decretum post Caesaris mortem factum; § 2 Caesar dict. II, § 5 cos. V, § 7 dict. IV, cos. V, dict. des. in perpetuum. Caesar imp. II, quod in § 6 legitur, huc non quadrat. Neque vero ibi licere mutare supra demonstravisse mihi videor. Nec videmus, qui fieri potuerit, ut ex multis illis epistulis a Iosepho relatis, quae ante Caesaris mortem scriptae sunt, sola Servilii epistula huic temporum rationi subiungeretur. Itaque Iudeich verum mihi non videtur cognovisse. Neque magis placere potest Niesii sensentia. Is enim putavit § 3—10 effecisse unam magnam Iudaeorum chartam et omnia ea frustula pertinere ad a. $^{710}/_{44}$. At quomodo in huius magnae chartae fragmenta potuit irrepere epistula Servilii? § 3 et 4 docui pertinere ad a. $^{707}/_{47}$ [1], item § 6, 1. Ac ne ex magna quidem charta illa turbatio decretorum, quae apud Iosephum exstat, explicari potest. Quibus de causis etiam Niesii sententiam improbandam esse puto.

Iterum ac saepius consideranti mihi verisimillimum videbatur hoc: Nicolaus Damascenus in rebus enarrandis decreta alia integra vel satis integra descripsit, aliorum non attulit nisi fragmenta, quin etiam saepius singulas enuntiationes ex actis publicis sumpsit ad confirmanda et demonstranda ea, quae dixerat. Inde possunt explicari decreta singula mirum in modum divulsa et discerpta, quae apud Iosephum invenimus; inde potest explicari, quod huius decreti maior, illius minor pars nobis servata est, quod hic praescripta addita sunt, illic desunt vel imperite et male a Iosepho sunt ficta. Iosephus omnia, quae acta publica redolebant, ex enarratione Nicolai excerpsit et eodem ordine, quo excerpsit in archaeologiam suam transtulit. Ita si res se habet, primum sequitur decreta, quo ordine apud Iosephum servata sunt, ut in universum aliquem rerum ordinem, certam quandam rerum dispositionem nobis praebeant et inseri possint narrationi vel orationi Nicolai arte inter se cohaerenti. Quam quidem narrationem restituere non possumus, sed re vera in decretis apud Iosephum servatis dispositio quaedam cognosci potest. § 2, 3, 4 pertinent ad privilegia Hyrcano data, quin etiam edicti Caesaris in § 2 adlati ea pars tantum adfertur, qua Hyrcani privilegia continentur. § 5 transit ad novam condicionem Hyrcani et Iudaeorum a. $^{710}/_{44}$ constitutam atque res tributariae, quae hic iam tanguntur, copiosius explicantur in § 6, 1 et 2, ita tamen, ut res anni $^{707}/_{47}$ opponantur rebus anni $^{710}/_{44}$ et cum eis comparentur. Documento vero haec omnia Caesari dictatori a Iudaeis deberi, ipsa dictatoris verba, quae in senatu pro Iudaeis fecit, adferuntur. Epistula Servilii Isaurici hoc loco videtur inserta esse a Nicolao, ut testaretur Caesarem etiam liberam religionis

1 Niese ratus fidem habendam esse praescriptionibus harum paragraphorum, in quibus Caesar ὕπατος nominaretur, edicta Caesaris a. $^{707}/_{47}$ in senatusconsulto a. $^{710}/_{44}$ repetita esse dicit. Sed fac ita rem se habere. Nonne si in senatusconsulto a. $^{710}/_{44}$ edicta a. $^{707}/_{47}$ adferebantur, denominationes magistratuum edictorum a. $^{707}/_{47}$ retentae essent?

exercitationem Iudaeis Romae habitantibus concessisse. Edictum enim Caesaris ipsum, quod Romae erat, cum nancisci non posset, satis habuit Servilii epistulam adferre, in qua illius edicti Caesaris commemoratio facta erat. Senatusconsultum denique a. d. III. id. Apr. factum optime in fine huius disputationis esse positum vix est cur commemorem.

Deinde si Iosephus decreta illa ex continua Nicolai narratione sumpsit, vestigia eius rei, qua erat Iosephus imperitia et neglegentia, cognoscere posse debemus. Huc multa possunt referri, velut interruptum decretum § 2; in paragrapho, quae sequitur, post praescripta ficta Iosephus pergit *ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ* — intellege Hyrcani —, in § 5 *Καῖσαρ .... ἔκρινε τούτους* scil. *τοὺς Ἰουδαίους*, in § 6 *ἔστησεν*, *ὅπως τελῶσιν* scil. *οἱ Ἰουδαῖοι*, quae omnia apud Nicolaum in narratione rerum locum suum habuisse putare debemus. Eodem referendus est nexus sententiarum saepius plane interruptus, velut in § 3 et § 6, ubi tum *ὅπως*, tum infinitivus positus est, singulae partes omni coniunctione carent. Paucis verbis Nicolaus nexum sententiarum constituere potuit. Verba *ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων* eqs. non apte posita esse in § 6, 1 iam alii cognoverunt, in § 5 ordo enuntiatorum talis est, ut eum ita fuisse in edicto genuino prorsus negandum sit. Quae res etiam aliud, quod maioris momenti est, nobis comprobat. Si enim ordo singulorum enuntiatorum alius fuit atque apud Iosephum, verisimile est Nicolaum singula enuntiata ex decretis attulisse, Iosephum vero ea composuisse et praescriptioni, sive eam ex Nicolai verbis sumpsit, sive ipse sibi conformavit, subordinavisse. Quid? decretorum numerum nonne ita auxerat? Eo consilio, ut nova decreta fingeret, addidit ad § 3 et 4 praescripta ineptissima. Eo modo frustula plenorum decretorum speciem ei videbantur accipere. Nam re vera tam saepe de privilegiis Hyrcani in uno eodemque decreto actum esse nemo putabit. Iosephus quotiens apud Nicolaum Hyrcani privilegia commemorata inveniebat, Nicolai verbis *Γάιον Καίσαρα αὐτοκράτορα δικτάτορα ὕπατον* praemisit et ita maiorem reddidit decretorum numerum. Ex Nicolao videtur sumpsisse praescriptiones § 5, 6, 7. Si denique consideramus Nicolaum verisimile esse non nimis decretorum verba in narratione sua pressisse, nobis concedendum est in frustulis, velut § 3, 1 et 4, nihil omnino inesse genuini actorum publicorum Romanorum.

Demonstravisse mihi videor in eis, quae praecedunt, legationem ab Hyrcano a. $^{707}/_{47}$ Romam missam esse ibique impetravisse senatusconsultum, quo Caesaris edictum confirmatum est. Ipsius eius senatusconsulti fragmentum habemus, ut supra explicavi, apud Iosephum XIV 10, 3 servatum. Si vero eundem Iosephum sequimur, eodem anno $^{707}/_{47}$ etiam alterum factum est senatusconsultum, ex quo per legatos ab Hyrcano Romam missos foedus cum Iudaeis renovatum est. Cuius verba XIV 8, 5 leguntur. Sed duas Hyrcani legationes sub finem a. $^{707}/_{47}$ Romae fuisse et duo senatusconsulta impetravisse credi non potest[1]. Itaque facere non possum, quin Iosephum XIV 8, 5 anno $^{707}/_{47}$

1 itaque, quae Niese p. 484 adn. 2, p. 486, 488 de XIV 8, 5 disserit, probari non possunt.

tribuentem erroris accusem. Cum vero de hoc senatusconsulto viri docti vehementer inter se pugnaverint, iamiam opus erit accuratius exponere, quid mihi de tempore illius senatusconsulti statuendum esse videatur. Ac primum quidem, quid ex senatusconsulti forma colligi possit, adferam. Nomina igitur testium confirmare videntur senatusconsultum Caesaris aetate non esse factum. Tribus quidem, quae ad eorum nomina iam inde fere ab a. $^{604}/_{150}$ addi solebant[1], etiam XIV 8, 5 adsunt, absunt vero cognomina. Quae addi coepta sunt Sullana fere aetate[2]. Itaque senatusconsultum, de quo agitur, certe ante aetatem Sullanam factum est. At cognomina dubitari potest, an per scribarum neglegentiam exciderint, quorum culpa etiam Papirii nomen caret et praenomine et patris nomine. Neque vero de neglegentia scribarum cogitandum esse alia re demonstratur. Duo enim senatores scribundo adfuerunt. Tam parvus numerus patrum scribendo non adfuit nisi usque ad aetatem Sullanam, ut ex comparatione senatusconsultorum, quae nobis servata sunt, elucet[3]. Quibus de causis cum senatusconsultum Hyrcani II âetate factum esse non possit, sine dubio tribuendum est Hyrcano I. Quod Mommsen[4] negavit ante a. $^{633}/_{121}$ senatum potuisse haberi in templo quodam Concordiae, certissimis argumentis refutavit Ritschl[5]. Senatus habitus est in templo Concordiae a. M. Furio Camillo a. $^{388}/_{366}$ condito, quod templum inter a. $^{747}/_{7}$—$^{762}/_{9}$ renovatum esse inter omnes constat (cf. Ov. fast. I 641—48). Deinde id. Dec. a. $^{707}/_{47}$ de portibus agi non potuit. Nam Iope postea demum Hyrcano reddita est (cf. Ios. XIV 10, 6). Nihili est, quod Iudeich p. 132 de hac re adfert. Tum quidquid viri docti dixerunt[6], annus $^{707}/_{47}$ re vera non potuit nominari

---

1 cf. titulos collectionis meae XII et XIII et inde corrige Mommsenum Hermes IX p. 286. 2 cf. titulos XVI et XVII. 3 testes sunt in senatusconsultis

de Delphis (tit. X) a. $^{565}/_{189}$	3
de Bacchanal. (C. I. L. I n. 196) a. $^{568}/_{186}$	3
de Thisbaeis (tit. XI) a. $^{584}/_{170}$	2
" " " " "	3
de Tiburtibus (C. I. L. I n. 201) a. $^{595}/_{159}$	3
de Narthac. (tit. XII) a. fere $^{604}/_{150}$	3
de Prienens. (tit. XIV) a. $^{619}/_{135}$	3
de Iudaeis (Ios. XIII 9, 2) c. a. $^{622}/_{132}$	2
de Stratonic. (tit. XVI) a. $^{673}/_{81}$	2
de Asclepiade etc. (tit. XVII) a. $^{676}/_{78}$	3
de Oropiis (tit. XVIII) a. $^{681}/_{73}$	3
senatus auctor. (Cic. ad. fam. VIII 8, 5) a. $^{703}/_{51}$.	8
senatus auctor. (Cic. ad. fam. VIII 8, 6) a. $^{703}/_{51}$.	7
de Iudaeis (Ios. XIV 10, 10) a. $^{710}/_{44}$	11
de Aphrodisiens. (tit. XIX) a. $^{712}/_{42}$ . . . . . plus	10
de Panamarens. (tit. XX) a. $^{715}/_{39}$	10
de ludis saecular. (C. I. L. VI 877) a. $^{800}/_{47}$. plus	5.

Item in senatusconsultis II. p. Chr. saec. de nundinis saltus Beguensis a. $^{891}/_{138}$ (C. I. L. VIII n. 270) et de Cyzicenis (Ephem. epigr. III 156) septeni testes adsunt. 4 cf. Mommsenum Hermes IX p. 281 sqq. 5 cf. Rhein. Mus. XXX p. 428 sqq. 6 cf. Momm-

annus IX Hyrcani pontificis et ethnarchi. Nam cum Hyrcano a Gabinio sola *ἡ ἱερῶν ἐπιμέλεια* (cf. Ios. XIV 4, 4, 5, 4, XX 10) mandata esset, annus $^{707}/_{47}$ annus IX Hyrcani pontificis, annus I ethnarchi fuit. Omnino mihi persuadere non potui Iudaeos ab a. $^{699}/_{55}$, ut Mommsen voluit, imperii Hyrcani annos computavisse. Itaque cum iam certum videatur esse anno $^{707}/_{47}$ senatu sconsultum non posse tribui, videamus, quo anno revera factum sit.

Ritschl [1] et Mendelssohn [2] dixerunt propter similitudinem, quae intercederet inter hoc senatusconsultum et res quae enarrarentur in l. I. Macc. c. 14 eqs., senatusconsultum referendum esse ad a. $^{615}/_{139}$. Neque vero quidquam certi potest colligi ex corona Romanis dono data, nihil ex legatorum nominibus, quae Ritschl etiam mutare coactus est [3] — Mendelssohn id evitare studebat [4] —, nihil denique ex epistulis ad reges et liberas civitates datis [5]. Nemini vero Ritschl probare potest de eadem re L. Calpurnium Pisonem consulem (cf. I. Macc. 15,16 eqs.) litteras misisse ad Ptolemaeum, de qua L. Valerius praetor senatum consuluerat. Nam apparet si praetor legatorum Simonis causa senatum consuluit, eidem a senatu mandatum esse, ut litteras ad reges et liberas civitates daret. Pituitam igitur Lucii consulis omittamus [6]. Mendelssohnio [7] autem, qui hanc difficultatem ita tollere studebat, ut Lucium *ὕπατον* — *ὕπατον* falsam interpretationem vocabuli hebraici esse putat — L. Valerium Flaccum praetorem intellegendum esse dicat, assentiri non possum, quia re vera a. $^{615}/_{139}$ Lucius quidam consul fuit. L. Valerius Flaccus autem num illo anno praetor fuerit, nescimus. Sed ea minoris momenti. Summum est, quod verba senatusconsulto addita *ταῦτα ἐγένετο ἐπὶ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως καὶ ἐθνάρχου ἔτους ἐνάτου μηνὸς Πανέμου* nullo modo possunt disiungi a senatusconsulto, quod praecedit. Neque licet, ut Ritschl [8] putabat, hanc notam referre ad ea, quae ante decretum adlatum narrata erant. Nam tota § 5 continetur additamentum Josephi, quod aliunde sumptum est [9]. Neque licet putare cum Mendelssohnio [10] hanc notam ad aliud decretum posse referri. Nam verbis, quae sequuntur *ηὕρατο δὲ καὶ παρὰ τοῦ τῶν Ἀθηναίων δήμου τιμὰς Ὑρκανός* certissime demonstratur, notam ad solum decretum, quod antecedit, posse pertinere. Neque quidquam omnino in verbis inest, quod offensionem praebeat.

Quae cum ita sint, non dubium videri potest, quin senatusconsultum XIV 8, 5 relatum nono anno Hyrcani I factum sit i. e. a. $^{618}/_{136}$. Quae res etiam alio argumento confirmari potest. Homolle [11] enim, ad cuius disputationem de archontum Atheniensium chronologia

senum Hermes IX p. 285, Mendelssohnium Rhein. Mus. XXX p. 419 eqs., Niesium Hermes XI p. 476 adn. 1. 1 cf. Rhein. Mus. XXVIII p. 591 eqs., XXIX p. 344. 2 cf. senaticonsulta p. 107 eqs., Rhein. Mus. XXX p. 423 eqs. 3 cf. Rhein. Mus. XXVIII p. 597 adn. 12. 4 cf. Rhein. Mus. XXX p. 420. 5 cf. de his omnibus rebus Mommsenum Hermes IX p. 282 eqs. 6 cf. Mommsenum l. c. p. 286 eqs. contra Ritschelium Rhein. Mus. XXX p. 434 eqs. 7 cf. senaticonsulta p. 116 eqs. 8 cf. Rhein. Mus. XXVIII p. 600 adn. 15. 9 cf. Niese Hermes XI p. 476 adn. 1. 10 cf. senaticonsulta p. 117 adn. 2, Rhein. Mus. XXX p. 424. 11 Bull. de corr. hell. X p. 6 eqs., cf. S. Reinach Rev. archéol. 3. sér. vol. II 1883 p. 99.

U. de Wilamowitz animum meum advertit, cum omnia ea de senatusconsulto XIV 8, 5 iam scripsissem, comprobavit Agathoclem archontem, cuius anno decretum eodem Iosephi loco relatum factum est, magistratum suum obtinuisse c. a. $^{120}/_{119}$ i. e. a. u. c. $^{634}/_{635}$. Iosephus igitur non solum senatusconsultum XIV 8, 5, sed etiam illud decretum Atheniensium per errorem Hyrcani II temporibus tribuit, cum ad Hyrcani I aetatem referenda essent.

Anno igitur f. $^{621}/_{133}$, ut redeamus ad rem, cum Iudaei ab Antiocho Sidete in ditionem redacti essent, Hyrcanus auxilii causa legatos Romam miserat. Quorum preces a senatu denegatae sunt (XIII 9, 2). Qua de causa Hyrcanus pacem haud ita aequam cum Antiocho facere coactus est et demum post Antiochi mortem a. $^{628}/_{126}$ Hyrcano contigit, ut populum suum imperio regum Syriae liberaret simulque fines regni sui amplificaret [1]. Quod cum fecisset, in universum pacem retinuit, dum Syria bellis civilibus turbatur. Ipse autem hoc temporis momentum aptum putavisse videtur, quo commercium et amicitiam societatemque cum senatu populoque Romano redintegraret. Itaque a. $^{628}/_{126}$ legatos Romam misit cum scuto aureo, qui a senatu peterent epistulas ad reges civitatesque liberas *ὑπὲρ τοῦ τήν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺς λιμένας ἀδείας τυγχάνειν καὶ μηδὲν ἀδικεῖσθαι*. Postularent igitur, ut senatus Hyrcano praestaret statum rerum, qui tum erat, et epistulis ad reges missis vicinos Iudaeorum retineret, ne eorum terram et populum aggrederentur [2].

Sed cum hic agatur de portibus, refutanda est Gutschmidii coniectura Antiochum Sidetem Iopen Iudaeis non reddidisse, sed illam urbem usque ad Antiochi Cyziceni aetatem in regum Syriae potestate fuisse. Immo ex senatusconsulto XIV 10, 22 relato Antiochum Cyzicenum ut multa alia, ita etiam Iopen iterum expugnavisse et praesidio firmavisse colligere debemus [3]. Foedere igitur ab Hyrcano a. $^{628}/_{126}$ renovato fieri potuit, ut Iudaei cum ab Antiocho Cyziceno opprimerentur et vexarentur, denuo a senatu Romanorum auxilium peterent et impetrarent.

Iam nos vertamus ad decreta XIV 10, 12—21 relata, quorum pleraque eo pertinent, quod Iudaei cives Romani Ephesi et per totam Asiam insulasque habitantes a L. Cornelio Lentulo cos. a. $^{705}/_{49}$, qui legiones duas Pompeio in Asia conscribendas curaverat [4], stipendiis liberati et libera potestate a Romanis donati sunt sequendi religionem suam. De quorum decretorum tempore et ratione vereor ne haud raro Mendelssohn [5] non recte disputaverit. Primum enim etiamsi recte contra Schuererum et Waddingtonium monuit XIV 10, 13. 19 decreta esse de consilii sententia facta, non senatusconsulta, tamen ut Niese [6] docuit, non cum Mendelssohnio in § 13 *πρὸ δώδεκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων* et in § 16 et 18 *πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Ὀκτωβρίων* scribendum est, sed omnibus tribus locis una vera

---

1 cf. Ios. XIII 9, 1, Iustin. XXXVI 1, 10. 2 Numenius videtur ea de causa princeps legationis fuisse, quod iam a Simone prius Romam missus erat. 3 verba ipsa *καὶ τὴν ἐν Ἰόπῃ δὲ φρουρὰν ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν* vix apud Iosephum suum locum servaverunt. 4 cf. Caes. b. c. III 4. 5 cf. senaticonsulta p. 159 sqq.. 6 cf. Hermes XI p. 483 adn. 2.

scriptura πρὸ δώδεκα καλανδῶν Κυιντιλίων restituenda est, i. e. a. d. XII. Kal. Quint. Unde efficitur, ut etiam argumento paragraphorum — agitur ubique de Iudaeis, qui Ephesi habitant, stipendio liberandis — ostenditur, unum idemque decretum exstare in § 13, 16, 19. Idem Niese comprobavit § 14 non cum Mendelssohnio p. 187 a. $^{706}/_{48}$, sed anno praecedenti tribuendum esse. Deinde de tempore § 15 et 18 in errorem adductus est, quod intellegetur ex decretis singulis perlustratis.

XIV 10, 12 exstat epistula Dolabellae a. $^{711}/_{43}$ ad Ephesios scripta, qua conceditur Iudaeis libertas stipendiorum[1].

§ 13, 1 sequitur edictum L. Cornelii Lentuli, quo Iudaei Ephesi habitantes stipendio liberantur. Edictum mutilum est. Nam post nomen tribus Σαβατείνα errore librarii, qui ab Τίτος Ἄμπιος eqs., quae verba, ut in § 19, post Σαβατείνα ponenda erant, ad initium epistulae T. Ampii aberravit, nomina ceterorum testium omissa sunt.

§ 13, 2 continetur et a decreto, quod antecedit, disiungenda est T. Ampii epistula quaedam, qua nuntiatur Ephesiis omnes Asiae Iudaeos cives Romanos stipendiis liberos esse debere.

§ 14 continet ψήφισμα Δηλίων, quo ut edicto Lentuli constitutum erat, Iudaei Delii habitantes stipendio liberantur[2].

§ 15 sequitur epistula C. Fannii C. f. ad Coos missa. Iubentur Coi tutum reddere reditum legatorum Iudaeorum. Mendelssohn[3] dicit hanc epistulam a. $^{615}/_{139}$ scriptam esse intellegendumque esse C. Fannium M. f., qui a. $^{615}/_{139}$ senatum consuluisset (cf. Ios. XIII 9, 2). Sed agitur hic de C. Fannio C. f., agitur de senatusconsultis compluribus, quam difficultatem vix ita tollere licet, ut Mendelssohn p. 155 fecit. Deinde de legatis, qui coram senatu aliquid petiverant, vix C. Fannius dicere potuit βούλομαι ὑμᾶς γνῶναι, ὅτι πρέσβεις Ἰουδαίων μοι προσῆλθον eqs. Compertum vero habemus C. Fannium praetorem fuisse in Asia a. $^{705}/_{49}$[4], pro certo adfirmare possumus nihil obstare, ne ab Asiae praetore C. Fannio senatusconsulta a Iudaeorum legatis postulata esse sumamus. Sed hoc hic mittamus.

§ 16 repetuntur verba edicti Lentuli.

§ 17 continetur epistula L. Antonii M. f. ad Sardianos, qua Iudaeis illius urbis ius congregandi propriaque iudicia conceduntur[5].

§ 18 legitur edictum nonnullorum legatorum, per quod nuntiatur eis ipsis petentibus Cornelium Lentulum Iudaeos cives stipendiis liberavisse[6]. Quod edictum non pri-

---

1 cf. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 72 n. 39. 2 verba quae hoc decretum sequuntur ὅμοια δὲ τούτοις καὶ Σαρδιανοὶ περὶ ἡμῶν ἐψηφίσαντο non cum Mendelssohnio p. 186 adn. 2 obscura esse puto, sed ita ea intellego: ψήφισμα tale, quale Delii de nobis fecerunt, etiam Sardianorum exstat. Ut Deliorum, ita etiam Sardianorum decretum auctoritate magistratus Romani factum esse per se apparet. 3 cf. senaticonsulta p. 153 eqs. et 185.

4 cf. Waddington fastes p. 64 n. 34. 5 cf. Mendelssohn senaticonsulta p. 185 eqs. et Waddington fastes p. 68 n. 33. 6 quod legati illi de Iudaeis in universum verba faciunt,

mum locum, si temporis rationem habemus, tenet, ut Mendelssohn iure sibi videbatur contendere, sed conscriptum est post edictum Lentuli. Nam in eo ipso facile intellegitur edictum § 18 niti.

§ 19 iterum Lentuli edictum legitur.

§ 20 epistula magistratuum Laodicensium, ex qua cognoscimus Iudaeis liberam religionis exercitationem concessam esse.

§ 21 nobis servata est P. Servilii, ut videtur, Isaurici[1] epistula ad Milesios missa, quae ipsa quoque ad liberam religionis exercitationem pertinet.

Sequuntur deinde decreta Pergamenorum, Halicarnassensium, Sardianorum, Ephesiorum, quae omnia excepto decreto Pergamenorum ad liberam religionis exercitationem spectant.

Quaeritur, num etiam in his decretis eadem ratio ordinandi inveniri possit atque in decretis XIV 10, 2—10, de quibus supra egi. Ac mea quidem sententia inveniri potest. Agitur enim primum de libertate stipendiorum. Cuius rei initium fit a Dolabellae epistula, ut videtur nulla alia de causa — nam temporis ratio non habita est —, nisi quod Theodorus Alexandri filius etiam XIV 10, 10 commemoratus erat. Deinde ad ipsum edictum Lentuli transitur aliaque decreta, quae eodem pertinent, adferuntur. Tum epistula commendaticia C. Fannii sequitur, quae quo pertineat, ut iam dixi, enucleare non possumus. § 16 dubito an eodem modo nata sit atque § 3, 4, 5. § 17, quae ordinem interrumpere videtur, non iam pro certo adfirmari potest, qui fieri potuerit, ut hoc loco insereretur. Eo facilius vero cognoscimus, qua de causa in § 19 tertium Lentuli edictum adlatum sit. Sine dubio adiectum erat edicto, quod continetur § 18 et ita factum est, ut hoc loco denuo describeretur. Sequuntur deinde decreta ad liberam religionis exercitationem pertinentia. In universum igitur de rerum dispositione non potest dubitari. Nam pauca ea, quae dissentire videntur, Nicolaum causis, quas iam non possumus enucleare, commotum hic illic attulisse verisimile est. Confirmatur id ea re, quod etiam in his paragraphis multa inveniuntur vestigia, quibus comprobatur decreta ex Nicolai narratione arte inter se cohaerente a Iosepho sumpta esse. Magis narrationis, quam decreti verba sunt, si legimus in § 13 *Λεύκιος δὲ Λέντλος ὕπατος εἶπε* eqs., si in § 18 et 19 legimus *καὶ ἀπέλυσε πρὸ δώδεκα Κυιντιλίων Λευκίῳ Λέντλῳ Γαίῳ Μαρκέλλῳ ὑπάτοις· παρῆσαν* eqs. Nam decretum de consilii sententia factum, quale continetur § 19, primo loco habuisse debet consulum nomina, altero locum, tertio diem. Item post nomina testium quae exstant verba *ἐπὶ τούτων ὁ Λέντλος ἐξήνεγκε* magis eius sunt, qui narrat. Eodem referendum est, si in

edictum Lentuli autem, quod sequitur, ad Iudaeos Ephesi habitantes pertinet, id aut ita explicandum erit, ut illorum virorum provinciam Ephesum non excessisse et ea de causa verba *ἐν Ἐφέσῳ* omitti potuisse putemus, aut verba *ἐν Ἐφέσῳ* neglegentia Iosephi vel librarii omissa sunt.

1 cf. Waddington fastes p. 75, qui *Γάλβας*, quod apud Iosephum legitur, in *Κάσκας* mutandum censet cogitans de P. Servilio Casca trib. pleb. a. $^{710}/_{44}$, qui in pugna Philippica a Bruti partibus stetit. Mendelssohn illa coniectura improbata p. 213, 228 *Οὐατίας* scribi vult. Sed P. Servilium, quem intellegit, Isaurici cognomine usum esse iam p. 101 dixi.

extr. § 16 legimus *τοῦτο ἐγένετο πρὸ δώδεκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων*, si ordo rerum alius est in § 13, alius in § 19, quamquam utraque idem edictum continetur.

Finem huius capitis faciam in disputando de senatusconsulto, quod secundum Mendelssohnium p. 211 eqs. de libera religionis exercitatione Iudaeis in Asia habitantibus concedenda a. $^{708}/_{46}$ Caesare auctore factum est. Iam Niese cognoverat eam Mendelssohnii sententiam omni fundamento carere [1]. Qui tamen cum causas sententiae suae adferre omiserit, hic opus erit breviter locos, quibus Mendelssohnii sententia nititur, perlustrare. In decreto igitur Pergamenorum putat ponendum fuisse illud senatusconsultum [2], sed re vera nullum illius senatusconsulti vestigium ibi invenitur. In decreto autem Halicarnassensium (§ 23) legimus: *κατακολουθοῦντες τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων πάντων ἀνθρώπων ὄντι εὐεργέτῃ καὶ οἷς περὶ τῆς Ἰουδαίων φιλίας καὶ συμμαχίας πρὸς τὴν πόλιν ἔγραφεν, ὅπως συντελῶνται αὐτοῖς αἱ εἰς τὸν θεὸν ἱεροποιίαι καὶ ἑορταὶ αἱ εἰθισμέναι καὶ σύνοδοι, δέδοκται ἡμῖν* eqs. Ex quo loco intellegitur populum Romanum cum Iudaeis Palaestinensibus amicitiam et foedus fecisse et Iudaeis Halicarnassensibus, cum ad illam Romanorum in Iudaeos Palaestinenses benevolentiam provocantes liberam religionis exercitationem petivissent, eam ipsam etiam ab Halicarnassensium civitate concessam esse. De senatusconsulto pertinente ad Iudaeos Asianos sermo non fit. Nam cum Iudaeis Asianis populus Romanus non fecit amicitiam et foedus. Itaque sive verba *ὅπως συντελῶνται αὐτοῖς* eqs. pendere putamus ab *ἔγραφεν*, quod videtur Mendelssohn cogitavisse — si ita esset, requireremus particnlam *τε* — sive haec verba referimus ad *εἰσηγησαμένου Μάρκου Ἀλεξάνδρου*, quod mihi unum verum videtur esse, intellegimus quodcunque populus Romanus decrevit, ad solos pertinere Iudaeos Palaestinenses. Item res se habet in decreto Sardianorum (§ 24), ubi haec legimus: *ἐπεὶ οἱ κατοικοῦντες ἡμῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαῖοι πολῖται . . . τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον παρεκάλεσαν, ἀποκαθισταμένων αὐτοῖς τῶν νόμων καὶ τῆς ἐλευθερίας ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων, ἵνα κατὰ τὰ νομιζόμενα ἔθη συνάγωνται* eqs. Etiam hoc loco leges et libertatem ad Iudaeos Palaestinenses referenda esse censeo. Nam si Iudaeis Asianis vel Sardianis a senatu populoque Romano ut suis legibus et libertate uterentur, concessum esset, quomodo fieri potuit, ut iidem a Sardianis liberam religionis exercitationem peterent? Eodem modo atque in § 23 Iudaei provocaverant ad benevolentiam Romanorum erga Iudaeos Palaestinenses. Verba autem ipsa decreti nimis videntur contracta esse. Sed hanc meam sententiam veram esse probatur etiam § 20 et § 21. Ex illa enim cognoscimus primum Hyrcanum ad proconsulem Asiae legatum misisse cum litteris, ut Iudaeis Asianis liceret suis moribus et legibus uti, deinde proconsulem Hyrcani precibus obsecutum Laodicensibus imperavisse, ut secundum Hyrcani litteras agerent. In § 21 autem legitur Servilium proconsulem de suo decrevisse, ut ne Milesii Iudaeos suis legibus uti prohiberent. In neutro igitur decreto commemoratur se-

1 cf. Hermes XI p. 484 eqs. et contra eum Mendelssohn Rhein. Mus. XXXII p. 257.
2 cf. senaticonsulta p. 223.

natusconsultum. Immo intellegitur ex omnibus, quae attuli, decretis maxime benevolentia, buam Romani erga Iudaeos praestiterunt Palaestinenses, commotos Iudaeos Asianos id egisse, ut ipsis quoque libera religionis exercitatio concederetur, idque egisse Hyrcano simul pro eis apud Asiae proconsulem interveniente. Quae cum ita sint, mihi ipsi quoque Mendelssohnii coniectura omni fundamento videtur carere. Quod quidem etiam ab altera parte demonstrari potest. Nam secundum § 8 Servilius Isauricus cum Iudaeis Parianis liberam religionis exercitationem concederet, non provocavit ad senatusconsultum quoddam, sed ad solum Caesaris *διάταγμα* i. e. edictum, ex quo Iudaeis Romae habitantibus, ut suis legibus uterentur, permissum erat.

4.

Postremo de epistulis XIV 12, 3—5 et XVI 6, 2—7 brevius licebit disserere.

XIV 12, 3 continetur Antonii epistula ad Hyrcanum missa, in qua cum Iudaeis victoriam de Cassio reportatam communicat et promittit se Iudaeos captivos liberandos curaturum Hyrcanumque a Tyriorum vi et iniuria defensurum esse, XIV 12, 4 eiusdem epistula ad Tyrios, qua illi, si quid Iudaeis abstulerint, id eis reddere iubentur, XIV 12, 5 denique exstat altera ad Tyrios epistula, cui edictum Antonii adiectum est. Et epistula et edictum ad easdem res pertinent atque epistulae, quae antecedunt. Scriptae sunt eae epistulae primis mensibus a. $^{713}/_{41}$[1].

XVI 6, 2 edictum Augusti nobis servatum est pertinens ad Iudaeos provinciae Asiae, quibus ante omnia ut suis legibus et moribus uterentur concessum est. Quod edictum Pergami ponendum curavit Augustus[2], et eo magis decretum ad Asiam provinciam pertinere vidit Mommsen, quod in eo nominaretur C. Marcius Censorinus[3]. Qui cum circa a. $^{755}/_{2}$ — $^{756}/_{3}$ Asiam administraverit, illis fere annis edictum ab Augusto conscriptum est.

§ 3 legimus epistulam Augusti ad C. Norbanum C. f. Flaccum missam[4], ne Iudaei pecuniam Hierosolyma mittere probiberentur. Norbanus paulo post pugnam Actiacam proconsulatum Asiae provinciae videtur obtinuisse.

§ 4 continet epistulam Agrippae ad Ephesios inter a. $^{731}/_{23}$—$^{741}/_{13}$, scriptam[5]. Waddington[6] hanc epistulam referebat ad causam Iudaeorum a. $^{738}/_{16}$ Sami actam. Cuius cum in tota epistula non fiat commemoratio, Niese eam sententiam reiciendam esse iure mihi videtur dixisse[7]. Pertinet epistula ad easdem res, quae in § 2 tractatae sunt.

---

1 cf. Mendelssohn senaticonsulta p. 254 eqs., Niese Hermes XI p. 473 eqs. 2 cf. Mommsen res gestae divi Aug. ^{2} p. X adn. 1. 3 cf. eundem Mommsenum p. 174, Waddington fastes p. 102 n. 62. 4 de Norbano cf. Waddington fastes p. 83 n. 50. 5 cf. Mommsen res gestae divi Aug. ^{2} p. 118. 6 cf. fastes p. 91. 7 cf. Hermes XI p. 480 adn. 1.

§ 5 exstat eiusdem Agrippae ad Cyrenaeos epistula eiusdem fere argumenti atque ea, quae praecedit.

§ 6 C. Norbani litterae ad Sardianos missae, quibus cum eis communicatur epistula Augusti, quam in § 3 legimus.

§ 7 denique edictum ad easdem res pertinens conscriptum pro Ephesiis a C. Iulio Antonio, qui a. $^{750}/_{4}$ Asiam videtur administravisse[1], nobis servatum est.

Haec decreta apparet non secundum tempora, non secundum res, quas continent, esse ordinata, sed secundum magistratus, qui ea scripserant. Primo loco Augusti, altero Agrippae, tertio Norbani et Antonii litterae positae sunt.

5.

De sermone decretorum Romanorum a Iosepho relatorum.

Veram saec. II et I a. Chr. orthographiam codices quamvis corrupti interdum servaverunt, velut in senatusconsulto XIV 8, 5 Lucii nomen recte scriptum est *Λεύκιος*. Item XIV 10, 10; 10, 13 quamvis non constanter, *Λεύκιος* legitur. Rarius servatae sunt formae velut *Πόπλιος* aliae. XIV 10, 13 recte scriptum est *Κροστομίνα*, cum aliis locis ŭ semper per *ου* redditum inveniamus. Nominum propriorum unum Dolabellae commemorabo, quod plerumque recte servatum est, *Δολοβέλλας*[2]. Quantum efficiendum sit, ut vera saec. II. et I. a. Chr. orthographia restituatur, cum nondum horum Iosephi librorum Niesianam editionem teneamus, adfirmare non audeo. Certe Nicolaus dubitari non poterit, quin integram decretorum orthographiam retinuerit.

Sed iam quae maioris momenti sunt tractemus et comparemus foederis verba, quae servata sunt in l. I. Macc. 8, 23—32 et apud Iosephum XII 10, 6. Auctor libri Macc. ex hebraico exemplari ad verbum sua videtur sumpsisse. Iosephus vero, qui ex anonymo, qui ipse quoque exemplari hebraico usus est, decretum descripsit, verba fontis sui — nam non dubito Iosepho ipsi, non illi anonymo tribuere[3] — mutavit et auxit, ut speciem magis genuini foederis nobis daret. A Iosepho puto addita esse verba *δόγμα συγκλήτου περὶ συμμαχίας καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων* ab eodem addita sunt verba, quae in fine legimus: *ἐγράφη τὸ δόγμα ὑπὸ Εὐπολέμου τοῦ Ἰωάννου παιδὸς καὶ ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Ἐλεαζάρου, ἐπὶ ἀρχιερέως μὲν τοῦ ἔθνους Ἰούδα, στρατηγοῦ Σίμωνος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ*. In universum Iosephi verba magis quam auctoris l. I. Macc., cuius ratio dicendi nimis hebraici exemplaris et veteris testamenti rationem dicendi redolet, accedunt ad versiones graecas a Romanis factas, quamquam exemplar suum nimis contraxit. Romani dicebant *κατὰ γῆν· καὶ κατὰ θάλασσαν* pro *ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς*, *ὁ δῆμος ὁ*

1 cf. Waddington fastes p. 99. 2 cf. Dittenberger Hermes VI p. 309 adn. 2.
3 cf. Mendelssohn senaticonsulta p. 96 sqq.

'Ιουδαίων pro *τὸ ἔθνος τὸ 'Ιουδαίων*, *ἐπικράτεια* pro *κυριεία*, Romani nec dicere solebant, ut in l. Macc. legitur, *ἐὰν ἐνστῇ, ἐὰν συμβῇ πόλεμος*, nec ut Iosephus scripsit, *ἐὰν ἐπίωσί τινες*, sed constanter scripserunt *ἐάν* vel potius *ὥς τε ἐπιφέρωσιν πόλεμον*. Maxime in fine decreti inde a verbis *ἂν δέ τι πρὸς ταύτην τὴν συμμαχίαν θελήσῃ τὸ τῶν 'Ιουδαίων ἔθνος προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν* Iosephus proxime accedit ad genuina verba, qualia exempli causa exstant in foedere cum Astypalaeensibus facto. Hoc autem decretum ad hebraicum exemplar cum redeat, omnino postulari non potest, ut accuratius congruat cum genuinis decretis a Romanis graece scriptis. Itaque etiam alia decreta perlustremus.

Senatusconsultum a Iosepho XIII 9, 2 relatum antiquam formam non retinuisse cum Mendelssohn cognovisset, illam ipsam veram senatusconsulti formam restituere conatus est[1]. Sed multa illa senatusconsulta, quae inde ab a. D. 1875 reperta sunt, iam nobis permittunt, ut accuratius quam Mendelssohn potuit, senatusconsultum restituamus. Ut vero facile cognoscatur, quae et quomodo Iosephus sive auctor eius mutaverit, et Iosephi verba, quae apud Bekkerum[2] leguntur, et decreti, quale fere restituendum esse censeo, hic describam:

Φάνιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς βουλὴν συνήγαγε πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν κομιτίῳ,		*Γάιος Φάνιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς τῇ συγκλήτῳ συνεβουλεύσατο πρὸ ἡμερῶν ὀκτὼ εἰδυῶν Φεβροαρίων ἐν κομετίῳ.*
παρόντος Λουκίου Μαννίου Λουκίου υἱοῦ Μεντινᾶ[1] καὶ Γαίου Σεμπρωνίου Πενναίου υἱοῦ Φαλερνᾶ.		*γραφομένῳ παρῆσαν Λεύκιος Μάνλιος Λευκίου υἱὸς Πωμεντίνα[1], Γαίος Σεμπρώνιος Γαίου υἱὸς Φαλέρνα.*
περὶ ὧν ἐπρέσβευσε Σίμων Δοσιθέου καὶ 'Απολλώνιος 'Αλεξάνδρου καὶ Διόδωρος 'Ιάσονος ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοί, πεμφθέντες ὑπὸ δήμου τῶν 'Ιουδαίων, οἳ καὶ διελέχθησαν περὶ φιλίας τῆς ὑπαρχούσης τούτοις καὶ συμμαχίας πρὸς 'Ρωμαίους καὶ τῶν δημοσίων	I 1	*περὶ ὧν 'Ιουδαῖοι πρεσβευταὶ Σίμων Δοσιθέου, 'Απολλώνιος 'Αλεξάνδρου, Διόδωρος 'Ιάσονος λόγους ἐποιήσαντο ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ φίλοι παρὰ δήμου καλοῦ κἀγαθοῦ καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου, χάριτα φιλίαν συμμαχίαν τε ἀνενεώσαντο καὶ*
πραγμάτων, ὅπως τε 'Ιόπη καὶ λιμένες καὶ Γάζαρα καὶ πηγαὶ καὶ ὅσας πόλεις αὐτῶν ἄλλας καὶ χωρία πολεμῶν ἔλαβεν 'Αντίοχος παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, ταῦτα ἀποκατασταθῇ,	2a	*διελέγησαν περὶ τῶν καθ' αὐτοὺς πραγμάτων περὶ 'Ιόπης καὶ λιμένων καὶ περὶ Γαζάρας καὶ πηγῶν καὶ ὅσας πόλεις αὐτῶν ἄλλας καὶ χώρας πολέμῳ ἔλαβεν 'Αντίοχος παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, ὅπως ταῦτα πάντα αὐτοῖς ἀποδοθῇ ἀποκατασταθῇ,*
ἵνα τε τοῖς στρατιώταις τοῖς βασιλικοῖς μὴ	b	*ἵνα τε τοῖς στρατιώταις τοῖς βασιλικοῖς μὴ*

1 fortasse scribendum aut *Τρομεντίνα* aut *Μενηνία*.

1 cf. senaticonsulta p. 143. 2 nam cum Niese libros, de quibus agitur, nondum ediderit, in Bekkeri textu nobis acquiescendum est.

ἐξῇ διὰ τῆς χώρας τῆς αὐτῶν καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν διέρχεσθαι,		ἐξῇ διὰ τῆς χώρας τῆς αὐτῶν καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν διέρχεσθαι,
καὶ ὅπως τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐκεῖνον ψηφισθέντα ὑπ' Ἀντιόχου παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα ἄκυρα γένηται,	c	ὅσα τε κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτον ἐψηφίσατο Ἀντίοχος παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα ὅπως ταῦτα πάντα ἄκυρα γένηται,
ἵνα τε πρέσβεις πέμψαντες ἀποδοθῆναί τε αὐτοῖς ποιήσωσι τὰ ὑπ' Ἀντιόχου ἀφαιρεθέντα καὶ τὴν χώραν διατιμήσωνται τὴν ἐν τῷ πολέμῳ διεφθαρμένην,	d	ἵνα τε πρεσβευτὰς πέμψωσιν ὅσα τε ὑπ' Ἀντιόχου αὐτοῖς ἀφῃρημένα ἐστίν, ὅπως ταῦτα αὐτοῖς ἀποδοθῆναι ποιήσωσιν, ὅπως τε τὴν χώραν διατιμήσωνται τὴν ἐν τῷ πολέμῳ διεφθαρμένην,
ὅπως τε αὐτοῖς πρός τε βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους γράμματα δῶσιν εἰς ἀσφάλειαν τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου·	3	ὅπως τε αὐτοῖς πρὸς βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους γράμματα δῶσιν εἰς ἀσφάλειαν τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου·
ἔδοξεν οὖν περὶ τούτων ταῦτα, ἀνανεώσασθαι φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ ὑπὸ δήμου πεμφθέντας ἀγαθοῦ καὶ φίλου,	II 1	περὶ τούτων τῶν πραγμάτων οὕτως ἔδοξεν, χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι, ἄνδρας καλοὺς κἀγαθοὺς καὶ φίλους παρὰ δήμου καλοῦ κἀγαθοῦ καὶ φίλου συμμάχου τε ἡμετέρου προσαγορεῦσαι,
περὶ μέντοι τῶν γραμμάτων[1] ἀπεκρίναντο βουλεύσεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἡ σύγκλητος εὐσχολήσῃ σπουδάσειν τε τοῦ λοιποῦ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ἀδίκημα τοιοῦτο γενήσεσθαι,	2	περί τε τῶν δημοσίων πραγμάτων[1] βουλεύσασθαι ἔδοξεν, ὅταν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἡ σύγκλητος εὐσχολήσῃ σπουδάσαι τε τοῦ λοιποῦ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ἀδίκημα τοιοῦτο γενήσεσθαι,
δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν στρατηγὸν Φάνιον χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου, ὅπως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανέλθοιεν. Φάνιος μὲν οὖν οὕτως ἀποπέμπει τοὺς τῶν Ἰουδαίων πρέσβεις χρήματα δοὺς αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ δόγμα συγκλήτου πρὸς τοὺς διαπέμψοντας καὶ ἀσφαλῆ παρεξομένους τὴν οἴκαδε παρουσίαν.	3	ὅπως τε δοθῇ αὐτοῖς γράμματα φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους, ὅπως ἀσφαλῶς εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανέλθωσιν,
	4	ξένιά τε αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου Γάιος Φάνιος στρατηγὸς τὸν ταμίαν δοῦναι κελεύσῃ ἀπὸ σεστερτίων ἑκατὸν εἴκοσι πέντε οὕτως καθὼς ἂν αὐτῷ ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται. ἔδοξεν.

1 pro *γραμμάτων* codices AMV *πραγμάτων* exhibent, quam lectionem veram iudico. Mendelssohn coniecit *ἀδικημάτων* scribendum esse.

Pauca ad hanc restitutionem, quam minime perfectam esse non ignoro, addenda sunt. Scripsi pro Mendelssohnii *Μάλλιος Μάνλιος*, *Φαλέρνα* pro *Φαλερίνα* (cf. tit. XV 33).

I 1 restitui ex titulis XII, XIII, XIV, XVI, quibus locis demonstratur me pro Iosephi verbis *πεμφθέντες ὑπὸ δήμου Ἰουδαίων* formulam constanter usurpatam optimo iure

posuisse. *Ἰουδαῖοι πρεσβευταί* eisdem titulis defenditur. Iisdem formula *χάριτα φιλίαν συμμαχίαν τε ἀνενεώσαντο* comprobatur.

2 a—d, ut ex eis, quae disputavi, iam potest intellegi, maxime tribuenda sunt Iosepho et eius auctori, quos ut formulas, ita etiam cetera mutavisse nemo negabit. Speciem genuini decreti dare studebam, quamquam confiteor minime omnia bene mihi videri restituta. Ne de singulis rebus copiosius disseram, iniuria Mendelssohn optima Palatini lectione *διὰ τῆς χώρας τῆς αὐτῶν καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν* reiecta Ambrosianum Vossianum Leidensem secutus *ὡς ὑπηκόων* pro *καὶ τῶν ὑπηκόων* scripsit.

In parte II 1 formulas usitatissimas restitui, deinde miram quandam confusionem, quae II 2 et 3 exstat, sustuli. Ut breviter dicam, verba *ὅπως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν (ἀσφαλῶς) ἐπανέλθοιεν* necessario requirunt verba *γράμματα πρός τε βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους*, ut ex verbis I 3 cognoscitur. Nam pecuniam dari Iudaeis, ut redire possent, hoc ab hoc loco plane alienum est. Nam expressis verbis antea dictum est, ut Romani litteras darent Iudaeorum legatis reditus causa. Quae cum ita sint, *χρήματα* illa, quae Fannius Iudaeis iubetur dare, *ξένια* intellegenda sunt, quae legatis nationum exterarum a Romanis dari solebant. Quam meam ratiocinationem veram esse inde elucet, quod in parte II apud Iosephum litterae commendaticiae omnino non commemoratae sunt. Eadem illa confusio etiam in verba quae sequuntur transiit. Nam apparet in fine paragraphi post verba *καὶ δόγμα συγκλήτου* scribendum esse *καὶ γράμματα πρὸς τοὺς διαπέμψοντας καὶ ἀσφαλῆ παρεξομένους τὴν οἴκαδε παρουσίαν.*

Foucart[1] ex dictionibus velut *βουλὴν συνήγαγε*, *παρόντος τοῦ δεῖνα* pro *τῇ συγκλήτῳ συνεβουλεύσατο* et *γραφομένῳ παρῆσαν* colligendum esse putabat eum, qui senatusconsultum descripsisset, exemplar latinum, non graecum ante oculos habuisse. Neque vero singulae tantum dictiones dissentiunt a publico sermone graeco Romanorum, sed totum senatusconsultum concisum contractumque et ab eo, qui descripsit, in suum sermonem translatum est. Itaque Foucarti explicatione opus non est. Immo nihil obstat, ne hoc senatusconsultum ex graeco exemplari descriptum esse putemus, quod etiam de ceteris decretis, quae Iosephus ex Nicolao Damasceno sumpsit, pro certo adfirmandum est. Nam praeterquam quod non ignoramus Nicolaum decreta collegisse ex tabulariis publicis orientis, qui decreta apud Iosephum perlegerit, facile concedet ea ad graeca Romanorum exemplaria redire. Paucis perstringam senatusconsultum XIV 10, 22 in decreto Pergamenorum relatum, quod cum aliquo modo genuini senatusconsulti speciem et formam prae se ferre videatur, dubitari non potest, quin Pergamenis praesto fuerit. Sed nihili est ex hoc fragmento et ex frustulis XIV 10, 3 eqs. relatis, ut Mendelssohn p. 144 ludens, ut ipse concedit, fecit, imaginem veram illorum senatusconsultorum restituere. Ac ne XIV 8, 5 quidem restituere operae pretium erit. Id tantum monendum est valde hoc senatusconsul-

1 cf. Archives des missions scientifiques et littéraires 1872 p. 342.

tum contractum videri maxime in fine, quo senatus responsum continetur. Ad verba decreti genuina *γραφομένῳ παρῆσαν* additum est *τῷ δόγματι*, minime genuina verba sunt *ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σύμμαχοι, ἀνανεούμενοι τὰς προυπηργμένας πρὸς Ῥωμαίους χάριτας καὶ τὴν φιλίαν*, *συνθέσθαι φιλίαν καὶ χάριτας* alia, quae praetermitto. Ubique formulae sollemnes restituendae sunt. Delendum est illud *οὖν* post *ἔδοξεν*, quod Iosephus ut hoc loco, ita etiam XIV 10, 24 addidit.

Iam pauca de senatusconsultis et edictis de consilii sententia factis, quae XIV 10 relata sunt, addenda sunt. Maxime genuinam formam servavit XIV 10, 10, quamquam in fine nonnulla mutata sunt, velut verba *ἐγένετο πρὸ πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν τῷ ναῷ τῆς Ὁμονοίας* suum locum non habent. Decretum simile esse titulo XIX collectionis meae iam supra commemoravi. Nonnullae genuinae dictiones senatusconsulti a. d. V. id. Febr a. 710/44 facti servatae sunt in § 6, 2 quamquam multa contracta, multa aliis verbis reddita esse atque in exemplari Romano factum erat, non est cur commemorem. Quod quomodo factum sit, intellegi potest ex comparatione edicti L. Cornelii Lentuli, quod ter apud Iosephum legitur:

XIV 10, 13.	XIV 10, 16.	XIV 10, 19.
Λεύκιος δὲ Λέντλος ὕπατος εἶπε· πολίτας Ῥωμαίων ἱερὰ Ἰουδαικὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν Ἐφέσῳ πρὸ τοῦ βήματος δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατείας ἀπέλυσα.	*Λεύκιος Λέντλος ὕπατος λέγει· πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, οἵτινές μοι ἱερὰ ἔχειν καὶ ποιεῖν Ἰουδαικὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐδόκουν, δεισιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσα.*	*ἐπὶ τούτων ὁ Λέντλος δόγμα*[1] *ἐξήνεγκε· πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, οἵτινες ἱερὰ Ἰουδαικὰ ποιεῖν εἰώθασιν ἐν Ἐφέσῳ, πρὸ τοῦ βήματος δεισιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσα.*

Eodem modo nemo dubitabit, quin cetera edicta et decreta mutata sint. Maxime autem tenendum est denominationibus magistratuum nullam fidem esse habendam. XIV 10, 8. 15 *στρατηγὸς ὕπατος* ferri non posse iam supra demonstravi. Idem C. Fannius, qui § 15 *στρατηγὸς ὕπατος* nominatur, in § 13 accipit denominationem *ἀντιστρατηγοῦ*. Vera autem eius denominatio videtur fuisse *στρατηγὸς ἀνθύπατος*. L. Antonius, qui a. 704/50 quaestor et a. 705/49 pro quaestore fuit, tum *ἀντιταμίας* (§ 13), tum *ἀντιταμίας καὶ ἀντιστρατηγός* nominatur. Vix iure Cornelius Lentulus in § 18 *ἀνθύπατος* nominatur, cum a. 705/49 consul fuerit (cf. § 13 et 19). Item T. Ampius in § 13 denominationem *πρεσβευτοῦ καὶ ἀντιστρατηγοῦ*, in § 19 *πρεσβευτοῦ* accipit. Minime verisimile est C. Caesarem in epistula ad Sidonios (§ 2) se nominavisse *αὐτοκράτορα καὶ ἀρχιερέα*, *δικτάτορα τὸ δεύτερον*, in edicto quod iisdem diebus factum est, *αὐτοκράτορα τὸ δεύτερον καὶ ἀρχιερέα*. Sed satis de his rebus, quae quanta licentia Iosephus sive Nicolaus usus sit, demonstrant. Similiter ut hoc addam, res se habet in nominibus magistratuum: tum Caesar appellatur *Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ* (§ 2), tum *Ἰούλιος Καῖσαρ* (item § 2), tum *Γάιος Καῖσαρ* (§ 5. 6. 7).

1 *δόγμα* apparet hic ferri non posse.

Nunquam in decreto publico fuit, quod legimus in § 19, ὁ *Λέντλος*. Sed in his nominibus etiam librarios multa corrupisse, apparet ex § 8, ubi plane intellegi non possunt verba *Ἰούλιος Γάιος στρατηγὸς* eqs. Item in § 18 nomina legatorum librariorum culpa corrupta sunt, multa etiam peccata sunt in testium enumeratione § 10. 13. 19.

Postremo ad epistulas Antonii, Augusti aliorumque nos vertamus. De quibus omnibus subtilioribus quaestionibus abstineo et abstinere debeo, cum dubitari non possit, quin eodem modo, quo senatusconsultorum verba, etiam earum sermo a Iosepho mutatus sit. Quae sententia cum duabus epistulis C. Norbani a Iosepho et Philone adlatis[1] tum certo demonstratur optimeque illustratur epistulis eis, quae et in epistula Aristeae et apud Iosephum legimus[2]. Quas si quis comparaverit, facile concedet minime genuina epistularum verba nobis apud Iosephum esse servata.

---

1 epistulas describere utile erit:

Ios. XVI 6, 6.

Γάιος Νωρβανὸς Φλάκκος ἀνθύπατος Σαρδιανῶν ἄρχουσι καὶ βουλῇ χαίρειν·

Καῖσάρ μοι ἔγραψε κελεύων μὴ κωλύεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, ὅσοι ἂν ὦσι, κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος συναγαγόντες χρήματα ἀναπέμπειν εἰς Ἱεροσόλυμα· ἔγραψα οὖν ὑμῖν, ἵν' εἰδῆτε, ὅτι Καῖσαρ κἀγὼ οὕτω θέλομεν γίνεσθαι.

Philo leg. ad Gaium c. 40.

Γάιος Νορβανὸς Φλάκκος ἀνθύπατος Ἐφεσίων ἄρχουσι χαίρειν.

Καῖσάρ μοι ἔγραψεν Ἰουδαίους, οὗ ἂν ὦσιν, ἰδίῳ ἀρχαίῳ ἐθισμῷ νομίζειν συναγομένους χρήματα εἰσφέρειν, ἃ πέμπουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα· τούτους οὐκ ἠθέλησε κωλύεσθαι τοῦτο ποιεῖν· ἔγραψα οὖν ὑμῖν, ἵν' εἰδῆτε, ὡς ταῦτα οὕτω γίνεσθαι κελεύει.

Iure mihi videtur Waddington adnotavisse comparationem harum duarum epistularum, quae ad eandem rem pertinerent, docere liberas nos habere exemplaris Norbani versiones.

2 cf. Aristeae epistulam editam ab Haverkampio in Ios. tomo II et a M. Schmidtio Archiv für wissensch. Erforsch. d. alt. Test. hrsg. v. Merx tom. I p. 253 eqs. Velim ibi compares litteras Ptolemai regis ad Eleazarum (Hav. p. 107 eqs., Schmidt p. 260) cum Ios. Ant. Iud. XII 2, 4 et Eleazari ad Ptolemaeum litteras (Hav. p. 108, Schmidt p. 261) cum Ios. XII 2, 5.

Index titulorum

e temporis ratione ordinatorum[1].

1 tit. V disiunxi ita, ut partem priorem (A) posuerim sub n. XXV, partem alteram (B) sub n. XXII; titulos XXX et XXXII coniunxi sub n. XXVIII (cf. Add. et Corr.).

Index decretorum

apud Polybium servatorum.

Index decretorum

in l. I Maccab. et apud Iosephum servatorum et publici Romanorum et Iudaeorum commercii.

Index locorum memorabilium.

A. Scriptores.

B. Tituli

praeter eos, quos ipse edidi.

Index rerum et verborum memorabilium.